



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

Disputatio I. De Physica Dei existentia, eiusque cognoscibilitate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)



CONTRORSIA PRIMA. DE ESSENTIA DEI, EIVSQUE VNIVERSALIORIBVS, Ac non vitalibus attributis.

DE Dei essentia, eiusque vniuersalioribus, seu non vitalibus attributis disputandum nobis praesenti controuersia erit. Dixi autem vniuersalioribus: quia, licet Deo solum, ita singularissime conueniant, vt enti alteri conuenire repugnet; Ipsi tamen ex praedicto entis, quod secundis suo modo conuenit, coaptantur. Eiusmodi vero attributa sunt: Bonitas, localis eius praesentia, seu Immenfitas, Duratio, siue Aeternitas, Immutabilitas, Incomprehensibilitas, & Omnipotentia, & similia. Primum ergo de Dei essentia, atque existentia, vbi de eius etiam vnitatem, siue immultiplicabilitate, agemus. Secundo de eius attributis in comuni. Deinde de illius attributis in particulari, Bonitate, Aeternitate, Immenfitate, Immutabilitate, Inuisibilitate, Incomprehensibilitate, &c. Ac demum de eius Omnipotentia. Quoniam vero, tum huius controuersiae, tum reliquarum, quae toto hoc opere instruendae sunt, subiectum Deus vnus est, vt in operis fronte scripsimus, quid Deus, de quo agimus, sit, oportet, vicumque, leuique saltem, vt aiunt, calamo definire: siquidem praecipuum cuiusque scientiae principium est subiecti, de quo ea disputat, definitio. Et quamuis de Dei essentia metaphysica exacta, ac rigida quaestio disput. 2. instruerenda a nobis sit, sic interim Deum definio. *Ens increatum ceterorum omnium causa.* Ita enim omnes Deum concipiunt, licet autem August. sap. Nazian. Damasc. Dionys. Chrysost. Clemens Alex. Euthym. Cyprian. Iustin. Mart. & alij Patres (ex quibus idem censet S. Thom. 1. p. praefatione quaestiones tertiae, quem Theologi interpretes vulgo sequuntur a. 3.) doceant Deum, nec definibilem, nec verbis a nobis explicabilem esse. Id tamen docent de proprio, & quidditativo Dei conceptu per species proprias; secus autem per species alienas habito, atque discursu acquisito; Nam ita a nobis explicari, atque per proprietates nobis notissimas definiti posse docent Patres iidem, vide August. tom. 9. lib. de cognit. verae vitae c. 7. Iustin. Mart. & alios.



DISPUTATIO PRIMA.

De Physica Dei existentia, eiusque cognoscibilitate.

IN Deus sit: primo loco videbatur disputandum. Maxime, cum ea de re Prothagoras Philosophus dubitaret, ac pro negatiua parte steterit Diagoras, Miletus, & Philosophi alij, quos referunt Cicero 1. de nat. Deor. init. Plurarch. 1. de placit. Philosoph. cap. 7. Lactant. 1. diuinar. institut. cap. 4. de preparat. Euang. cap. 6. August. 3. contr. Iulian. Petilian. c. 21. Theodoret. 2. & 3. Graecan. affect. Nec miseri nostris huius saeculi desunt, qui, vt penditis suis moribus, absque villo timoris retinaculo copiam faciunt liberiorum, Deum e medio tollant, ne

Christoph. de Ortega, de Dei Vno. Tomus I.


illum prauarum suarum actionum Iudicem, ac vindicem formident: eademque de causa, vitam Deo negent, qua animis nostris mortem concedunt: vt videre est apud Lindanum, & Stanislaum Prextium lib. 1. de Atheistis Euangelicor. & Prateolum lib. 1. haeresi 77. ceterum veritas existentiae Dei supponenda hic potius, quam disputanda, visa est. Tum quia expressa in scripturis sacris, vnde praecipua Theologia petenda probationum principia: Exodi 3. *Ego sum, qui sum, & inferius, qui est misit me ad vos: vt pro hac veritate doceat, & acriter interpretatur Pererius notter d. 12. & 13. ad Hebr. 11. Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est, &c.* Tum etiam, quia nulla vnquam, iam rudis, & barbara exiit natio; cui aliquod Dei existentis lumen non affulserit: vt Dei existentis aperta noticia naturis hominum congenita, indicatque esse videatur; vt praeter Ciceronem testantur Nazianz. orat. 2. de Theolog. Arnobius 2. aduersus Gent. circa med. Nyssen. 1. de Beatitudinib. ad id Beati misericordes. Hieron. ad id Iob. 36. *Omnes homines vident eum.* Chrysost. hom. 3. in cap. 1. ad Rom. sub init. Damasc. 1. de fid. cap. 1. atque plures alij Patres

A

relati

2 Controu. I. de Essentia Dei, &c.

relari à Fassolo 1. p. q. 2. art. 2. dub. 2. Valsq. d. 19. c. 1. Granad. contr. 1. tract. 1. d. 1. Tanner. d. 2. q. 1. dub. 3. Guillio. lib. 1. tract. 8. c. 1. idcirco acutè Augult. de impiente illo, qui Psalm. 13. dixisse refertur *in corde suo non est Deus*: obseruauit in corde suo id dixisse: quia quantumvis stupidus ore id dicere præ rubore non audeat: quod si aliquis adeo procacis stultitia fuerit, ut ore etiam dicere audeat: rationibus q. 3. cert. 2. pro ea veritate instruendis, conuincendus erit.



QVÆSTIO I.

An Deum esse, seu existere per se notum sit?

Quidquid à nobis cognoscibile est, vel est per se, vel per aliud, vel utroque modo cognoscibile. Quod primo cognoscimus modo per se notum appellamus quia è sola terminorum, quibus illud obiectum cõstat, apprehensione illi assentimur, atque ita esse, sicut apprehensione cognoscimus, iudicamus. Quod autem secundo solummodo cognoscibile est, notum dicimus per aliud: quia alio, quam terminorum apprehensione mens eget, ut eorum connexio, siue idemitas innotescat menti, ut assentiat. Primi generis sunt, prima cuiuscumque facultatis principia, & cuiuscumque subiecti essentia, primaque, siue ex primis passio; secundi verò, quæcumque inde discursu, & mediis appositis deducuntur conclusiones. Ea verò, quæ per se nota sunt, plerumque sunt & per aliud nota, quia, & per principia, alterius scientiæ probari, demonstrarique à priori possunt non tamen respectu eius cui per se illa nota sunt, respectu cuius media alia (excepit reuelationem) vim ad assensum motiuam habere nequeunt: licet autem per se, & per aliud notum de probabili notitia æquè atque euidenti dici valeat, de euidenti tamen, & certa, ut communiter vsurpatur, hic agendum est. Ut autem amphibologiis, & inutili conclusionum multiplicatione abstinemus, de per se noto viatoribus disputabimus. Nam Beatis per se notum esse Deum existere, tam certum est, quam Deum à Beatis per speciem propriam siue ab ipso distinctam, siue indistinctam, intuitiue, atque, ut in se existens est, videri, quod fieri nequit nisi, idemitas, seu, quod idem est, connexio existentie cum Deitate videatur.

CERTAMEN I.

Doctorem placita, & dissidia composita.

Magnum hic, inter Thomistas, & Scoticos præcipue, dissidium circa diuisionem propositionis obiectiue in per se notam, secundum se, & per se notam, quoad nos; eam nimirum approbantibus S. Th. Caiet. Bann. Molina, Valentia Valsq. Zumel. Fassol. Nazar. Frigoso, Tannero, Granado, Gillio, Alberto Magno, Bonau. Aegypt. Argentina, Abulensi, Lyrano, & Palacios, locis infra citandis; reprobatibus vero Scoto, Henrico, Okamo, Gabriele, Gregorio, Smising, reliquisque Scotistis, & Nominatibus, quibus pugnantissime noster Ariaga adhaesit. i. p. t. 1. d. 2. sect. 1. utramque tamen scholam, & sententiam ita nostri Molina, & Valsq. Soar, & Tanner. conantur componere, ut modo solum loquendi, ac vocum tenuis distendant. Ut autem hac de re æquum feratur iudicium nonnulla à nobis de propositione supponenda sunt. Sed prius animaduertendum nullam esse obiectiuam propositionem, quæ, per species proprias cognita, per se nota, aut noscibilis ab intellectu non sit: quia, si ita cognoscantur, extrema per se reuera identificata, & connexa, non poterit non euidenter eorum connexioni visæ, intellectus assentiri; constat inde præstatam diuisionem propositionis per se notæ secundum se per proprias species, & quoad nos per alienas, à nullo negari posse. Imò id, & Scotistæ ipsi admittunt, dum aiunt Deum Beatis, &

eum per species proprias cognoscentibus per se notum esse, non autem ita per se notum esse nobis. Solum ergo inter Scoticos, & Thomistas in diuisione præfata citata propositionem per se notam secundum se, & quoad nos respectu cognoscentium per species alienas, veritari potest dissidium, quod tamen nullatenus versatur, sed neque nisi æquiuoca acceptione termini, nobis per species alienas cognoscentibus, inter doctos verfabitur. Si enim voces nobis ita cognoscentibus, nos omnes comprehendant, ut in quaestione præfata nihil, quod vni per se notum deprehendatur, nobis per se notum dubitari potest: quia ille vnus in tota nostri collectione continetur: quare, licet aliis hebetioribus per se notum non sit, nobis absolute per se notum dici debet: quemadmodum prima scientiarum principia, licet rudibus, & imperitis per se nota, imò, per aliud nota non sint, nobis tamen per se nota dicuntur, quia subtilioribus, & bene dispositis intellectibus, qui in nostri omnium collectione numerantur, per se, ac siue medijs adminiculo, terminorum connexio ita innotescit, ut illi sine hesitatione, aut formidine assentiantur. Sin vero nostri nomine non tota hominum per species alienas cognoscentium significetur collectio, sed collectionis eius pars tantummodo, certum omnino id, quod parti hominum doctiorum, subtiliorumque per se notum est, alteri hominum rudiorum, parti non per se notum esse posse: quia subtiliores, meliusque dispositi intellectus facilius, meliusque hebetioribus in eisdem apprehensis terminorum connexionem, ob quam assentiantur penetrare compertum ipsa experientia est: per se autem nota nulla dicuntur, nisi in ordine ad intellectum cognoscentem.

2. Quo posito, in re præfata veritate, seu propositionem obiectiuam *Deus est*, siue existit per se notam nobis non solum secundum se, sed nobis etiam, per alienas species adhuc Deum cognoscentibus (ut omnes ita cognoscentes includamus) docuisse referuntur. Magnus Albert. Bonau. Aegidi. Argentina, Abulensi. Lyrano, & alij, quos sequuntur Palacios quæst. 5. Prologi, & recentior noster Antonius Perez Valiende. Quia censet per se notum esse existere in rebus aliquid ens simpliciter necessarium, siue essentialiter existens, non dependens à causa prima, neque habens superiorum. Contra vero Scorus in d. 2. q. 2. cum suis. Henricus. Okan. Gabriel. Greg. ceterique Nominatiles, quos sequuntur Ariaga citatus, & Theod. Smising. tract. 1. de Deo vno d. 1. q. 1. Negant eam propositionem absolute loquendo per se notam esse, quia in re consentiunt cum S. Th. 1. q. 2. art. 1. eius interpretes, Caiet. Bonac. Molin. Val. Valsq. Fassol. Grana. Tanner. Zumel. Nazar. Frigoso, & alij, atque Soar. d. 2. Meth. sect. 3. Gill. lib. 1. tract. 8. cap. 2. Quiros tract. 2. d. 1. 2. Recentiores Murciani, sæpe à nobis laudati controuersis de Incarnatione, docent primò: Deum per se notum nobis esse, seu quoad nos per species alienas cognoscentes, quocumque modo Deus concipiatur: quia in re cum primæ sententiæ Doctores videntur conuenire. Secundo docent, Deum sub nullo alio conceptu, quam primæ causæ, & gubernatoris mundi existentis, ut existentis, conceptu etiam expressissime Deo, nullatenus nobis per species alienas cognoscentibus per se notum esse. In re verò, & ab eis Doctores, & à se ipsis discordant: ut ex terminis utriusque propositionis patet. Si enim eo solum modo conceptu Deo nobis ita cognoscentibus per alienas species, ipsum existere per se notum est: ergo non quouis modo conceptu Deo nobis cognoscentibus per se notum erit: ut propositionis prima itauebat.

3. Sed & in secunda hac propositione aberrant. A veritate quidem; quia (ut omitam modo quæ cert. 2. num. 3. contra huius conclusionis veritatem commodius dabo) etsi Deus sub conceptu causæ primæ mundi existentis concipiatur, non ita per se notum statim est ipsum existere, ut, subreptis etiam, ac non hebetis intellectus, Dei existentia nequeant dissentiri. Et enim, licet certum nobis omnino ex discursu sit, causam physicam suo effectui necessario duratione simul coexistere, imò, & naturæ, seu causalitatis ordine præexistere debere: at per se, & ex terminis notum, non est, ut hebetes solum modo homines id negare queant; alioqui intolerabile deducitur absurdum. Nimirum Dominicanos Thomistas, à nostris societatis Thomistis valde alienos, esse homines hebetissimos,

mos, & qui per se nota non calleant: quando quidem materiam primam Physicè causare formam, quin ad eiusmodi causationem existentia opus habeat, constanter docent, licet enim formæ à se causate existentia illam existentiam doceant, ac proinde suo effectui coexistere: id tamen non ex prædicto causa, sed ex effectus natura provenire certum in eorum principiis est: quare in eisdem ex prædicto cause, & causationis effectus, causam actualem suo effectui coexistere debere, non videtur per se notum; nisi supponimus esse Dominicanos Thomistas absurdissimè admittitur: ergo Deum, ut causam primam mundi existentis, existere per se notum non est.

Sed & à quæstionis scopo manifestè, ut dixi, iidem Recentiores aberrant. Quæstio enim est: an Deum esse, vel existere, siue hæc propositio *Deus est* vel *existit*, sit ex terminis, seu quod eodem recidit, per se notum: non autem, An addito illi termino, seu subiecto *Deus*, alio syncategoremate Deum existere per se notum sit: etenim dubium esse nemini potest alienum syncategorematis adiunctione huic termino *Deus*, Deum sub illo, seu cum illo existere per se notum esse: Nam addito syncategoremate existentis Deum existere, v. g. *Deus existens existit*, per se notum, non solum acutum cernentibus, sed rudioribus per se notum est. Et inquiri à Recentioribus, an illo syncategoremate *causa prima mundi existentis*, quod termino *Deus*, subiungunt aliquid significetur, addaturque significati, quod in termino *Deus*, præciso nobis per species alienas cognoscitur non intretur, vel nihil addatur: si nihil: bene concepto eo termino *Deus*, præciso ac lineillo syncategoremate adiuncto per se notum nobis erit Deum existere contra Recentiores: si autem aliquid significati illud syncategorema addit, aliam propositionem & veritatem obiectum reddet, ab ea de qua inquirimus: ac proinde ea responso, e re, & quæstione præsentis non est, ut de se patet. Explicatur hoc, & Confirmatur ad hominem. Quia, ut ipsi Recentiores bene observant, propositiones, in quibus syncategoremata termino, seu subiecto alterius adduntur, eadem cum illa altera non sunt: sed plerumque discursum continent virtualem: ergo hæc propositio, *Deus causa prima mundi existit*, diversæ & obiectivæ, & formaliter est ab hac, *Deus existit*. Imò virtualiter discursiva est: huic si quidem discursui aquivaleret aperit: omnis causa coexistit effectui: ergo Deus causa prima mundi existentis existit, seu coexistit suo effectui existent. Et quidem ubi syncategorema adiunctum termino ipsi convenire, non misceat discursui nobis pro hoc statu innotescit, in ea adiunctione discursum, saltem virtualem, intercedere certissimam est: Deum autem esse causam primam mundi existentis, seu huius causam primam dari, discursu solum pro hoc statu assequimur: ac proinde in syncategoremate illo ex parte subiecti, *Deus*, addito, discursus necessarius, saltem virtualis, intercedit: id autem, quod sine discursu, vel virtuali, vel formali nobis innotescere non potest, per se notum nobis nequit esse, ut de se patet. Malè ergo præfati Recentiores, & extra rem respondent quæstioni: An Deum existere sit nobis per se: & ex terminis notum esse quidem per se notum, si *ut causa prima mundi existentis* concipiatur; terminum addentes alium, vel syncategorema aliud significans nobis, quam subiectum nudum; cui additur, & continens discursum virtualem. Confirmatur ad hominem secundò: quia eodem assensu, quo connectioni prædicti cum subiecto assentimur explicitè, per hos connectiones syncategorematis additi subiecto cum subiecto eodem, virtualiter, & implicitè necessariò assentiri debemus: ergo, cum syncategorematis connectio cum subiecto per se nota non est, totum, cui assentimur, per se notum esse nequit.

CERTAMEN II.

Deus est, siue existit. Nullatenus nobis per se, & ex terminis notum est.

¹ Consensus utriusque Thomistice, & Dominicanæ & Iesuiticæ nostræ scholæ: non tamè pluribus utriusque Christi, de Ortega, de Deo Vno, Tomus I.

que probationibus assentimur. Probatur primo nonnulliquia, cum Deum per species proprias non cognoscimus, propriū de eo conceptum non habemus: ac proinde nec nobis, quod sit per se, notum esse potest. Sed contra: quia, cum nullius principij metaphysici, nec logici, imò neque alterius scientiæ species proprias habeamus, nullum prorsus principium per se notum habebimus. Eidem impugnationi subiaceret nostri Vasquez ratio. Nempe non esse nobis per se notum Deum esse; quia, cum nonnisi re late ad creaturas cogitare, atque apprehendere possumus. Id enim ipsum est à nobis Deum per creaturarum species alienas, ac nō ipsius proprias pro hoc statu necessario concipi. Neque alia impugnatione opus habet S. Th. & Thomistarum ratio late à falso nostro propugnata: quod scilicet de Deo nescimus quid sit, ac proinde neque, an sit nobis per se notum esse potest. Si enim de nostra ignorantia, quid sit Deus, per species proprias loquantur, eadem hæc ratio est cum impugnata prima. Per species verò alienas, quid sit Deus, melius cognoscimus, quam de rebus aliis quamplurimis, vti controuersia huius præfatione videbamus: melius enim Dei attributa plura, quam aliarum plurium creaturarum passiones nobis innotescunt.

² Quartò probat Molina. Quia Deum esse credibile est fide diuina, ad Rom. 1. & ad Hebr. 11. ac proinde per aliud noscibile: ergo non est per se notum. Probatur consequentio primò: quia fides, & euidencia, nedum per se notum, de eodem obiecto nequeunt consistere. Secundò: quia noscibile per aliud, nequit per se notum esse. Negatur tamen consequentia, quia fidem, & euidenciam veritatis eiusdem componi facile, & connaturaliter posse ostendimus controuersiæ de incarnatione, & fustis controuersiæ de fide: atque quæstionis huius præfat. vidimus idem per se, & per aliud notum simul esse posse: quinto idem Molina, Valentia, Tanner, & alij probant: quia per se notum euidens à nemine potest negari: negatur autem ab eis, quos memorabamus præfatione Deum esse: ergo per se notum non est. Distingue maiorem, à nemine bene dispositi intellectus fateor: malè dispositi, vel naturæ, vel passionibus intellectus, nego. Huius autem conditionis sunt, quos ibi Deum esse, vel dubitasse, vel negasse memorauimus. Hi verò, & euidencibus per demonstrationes (quæ quandoque aliis per se notis euidenciora sunt) dissentunt. Sextò demum Arriaga probat: quia, siue Deus causam primam, ens necessarium, siue omnium præstantissimum significet, diffiçultè demonstratur: ergo non est per se notum. Mala consequentia. Nam per se nota, licet aliunde demonstrabilia plerumque sint, eo opus non habent, ut sint per se notissima: per se notissima diffiçilius aliis, non ita notissimis, demonstrabuntur.

³ Probatio potissima ea semper mihi visa est, quæ ab experientia desumitur. Etenim, quod ex se, & ex terminis notum nobis pro hoc statu est, à subtilioribus, rectèque instructis, atque dispositis intellectus, auditis, ac perceptis pro huius status modulo terminis, nec dubitationi, ac multo minus, eorum dissentui subicit, per se notum esse: atqui Deum esse ex terminis esse notum subtilioribus, sapientioribusque cunctis in quæstionem, & dubium, ita vocatur, ut nemo non sentiat, negatiuum pariter esse probabilem, pluresque ex illis, ut vidimus, per se notum esse negant. Ergo Deum esse, siue existere per se, seu ex terminis notum non est. Hanc rationem æstimo fuisse nostrorum Doctorum probationis quintæ datæ, atque ut sonabat, confutata: num. 2. circa medium. Atque hac ratione confutatur Murciani Recentiores: quia subtiliores illi sapientioresque Theologi, qui Deum esse per se notum negant, Dei nomine primam causam mundi existentis, ut existentis percipiunt: ergo, nec sit concepto expressè Deo, illum existere per se notum nobis, pro hoc statu est. Si quid nostra hæc ratio probat.

⁴ Secunda ratio à priori est, quam non satis explicauerunt Doctores rationis primæ: nec Vasquez cum affectis ratione sua secundo loco posita; neque eius interpretes in ratione S. Th. tertio loco recitata. num. 1. penetrarunt. Etenim rerum spiritualium per alienas species, nedum Dei per alienissimas, pro hoc statu comprehensarum, non ita penetramus essentias, ut primas earum passiones, imò neque essentialia omnia, ut hæc omnia in eis sine discursu possimus deprehendere: sed ex his solum per se

A 2 nota

nota nobis ita cognoscentibus esse debent: ergo existentia Dei, siue in conceptu quidditativo, adaequato Dei continebatur, siue prima eius sit passio, per se nota nobis non erit. Neque obest, prima, etiam principia per species alienas, etiam a nobis apprehensa per se nota nobis esse: obiecta enim, seu terminorum, spiritualium rationum, seu obiectorum non sunt, sed ab eis abstrahentium, & vniuersaliorum rerum, eoque titulo nobis notiorum, quam spiritualia minus vniuersalia, praecipue, quam singularissima Dei natura. Confirmatur, quia si ea, qua Dei naturam, & essentiam pro hoc statu concipimus, apprehensio satis esset, ut eam omnino, atque eius passionem primas, & cum eis connexionem penetraremus, ipsius fecunditas, ad intra, ac personalitates per se, & immediate, atque ex terminis nobis innotescerent; cum tamen haec, ne discursu quidem probabili, nedum euidenti assequi pro hoc statu possumus: vt potest, quae sola diuina fide nouimus.

CERTAMEN III.

Oppositionibus Antiquis Recenter firmatis obuiatur.

1. **I**am antiquis, & communioribus obiectionibus primo loco occurrendum erit. Atque (vt mittam modo a pluribus Patribus, & Philosophis citatis in disputationis praefatione, veritatis existentiae Dei cognitionem hominum naturis congenitam dici; sic enim congenita etiam dicuntur cognitiones veritatum, non solum per se notarum, sed, quae naturae lumine, & rationis naturalis ductu, absque disciplinae alicuius exercitatione, & labore multo innotescere nobis discursu possunt.) Obiicitur Anselm. c. 2.3. & 4. Prologij, & libris, *pro insipienti, & contra insipientem*. Ita contra insipientem Psalmi. 13. dilcurrens; qui non stolidè Deum cogitat, id cogitat, quo maius quid cogitari nequit, ergo cogitat, imò iudicat statim Deum existentem. Pater: quia rem existere re ipsa, maius, meliusque est, quam non existere re ipsa, sed sola cogitatione: quare, si id cogitat, quo nihil maius cogitari potest, cum Deum cogitat, cogitat existentem re ipsa, & a parte rei; existentem vero re ipsa, & a parte rei, existere innegabile & ex se ipsis terminis, notum est: ac proinde nequit non intellectus statim ei veritati assentiri: quemadmodum neque negabiles sunt, *Deus sapiens, est sapiens: Deus bonus, est bonus*. Neque haec, homo animal rationale, est animal rationale: quia idemitas praedicati cum subiecto ponitur cognita in ipsa apprehensione subiecti in eis omnibus propositionibus.

2. Posset ob haec aliquis insufficientiam notare solutionem communem ex S. Th. 1. part. qu. 2. art. 1. ad secundum adhibitam, minus explicitè proposito argumento Anselmi: quod scilicet, ex apprehensione, non statim nos debemus assentiri, siue dissentiri non possumus rei de facto re ipsa conuenire, quod de illa, siue in illa apprehendimus: imò pluribus, quae ita apprehendimus de facto dissentimus. Verum communis S. Thom. solutio firma profus est, & argumenti fallaciam satis prodit. Etenim, quicumque negant secundum Deum existentem, aut alium mundum existentem eos, vt existentes apprehendunt, cum eorum existentia dissentiantur; & tamen in secundo Deo apprehenso Anselmi argumentum aperte instatur. Nam, vt negetur, & perfectione Dei: ac proinde, vt ens, quo maius, ac melius excogitari queat: quare, vt realiter existens; ideo enim negatur, quia cum perfectionibus vniuersi veri Dei cogitatur. Aliud enim est apprehendi, atque esse ens, quo nihil maius, aut melius excogitari potest, ac proinde realiter existens in statu obiectiuo; aliud autem esse eiusmodi ens in statu reali absolute existens. Ad hoc enim opus est, vt ex eius existentia nulla sit in rebus contradictio; nusquam autem ex apprehensione existentiae realis apprehensa futura sit contradictio necne, a nobis pro hoc statu Deum cognoscentibus, vt ens, quo nihil maius excogitari potest penetratur: quare neque connexio existentiae illius realis,

quae apprehenditur cum Deo apprehenso existentia, vt opus erat, ad hoc vt mens non posset eius existentia dissentiri, seu non assentiri, siue expresse assenti, siue virtuali & implicito: qui semper adest circa syncategorema additum subiecto; qui enim assentitur huic *Petrus albus currit*, expresse virtualiter, & confuse assentitur huic *Petrus est albus*.

3. Ad haec: cum existentia absoluta in statu reali sit a contingentibus entis praedicatis: atque contingentia praedicata, eorumque connexio cum subiectis, nusquam sine nobis ex terminis & per se nota, sed vel experientia sensuum, vel inde ducto discursu innotescant: vt patet in hac, *Petrus currit, Petrus est albus*, & similibus: fieri nequit, vt existentia Dei apprehensa ex parte subiecti, vt eius syncategorema, Anselmi propositione, atque reposita ex parte praedicati, ex terminis ipsis expresse, ac, virtualiter simul, & confuse absque aliquo alio medio, vel experientia assentiamur: quare nec fieri potest, vt Deum absolute in statu reali esse, siue existere per se notum nobis sit. Tota ergo argumenti illius vis in aequiuoco laborat. Licet enim cogit Deum realiter existere, quia id melius, maiusque est cogitatione: inde solum inferatur Deum cogitatione, & in statu obiectiuo esse existentem realiter, eique veritati dissentire non poterit. At absolute & in statu reali existere, assentiri ex terminis, dissentire non poterit: quia an Dei existentia absoluta repugnet, vel, cum e praedicatis entis contingentibus sit, illi conueniat, ex terminis ipsis perspicuum esse nemini potest; sed aliunde debet ei innotescere: ac proinde per se nobis pro hoc statu notum esse nequit. Vnde in eo, quod apprehensio illa, vi cuius assentendum existentiae Dei absolute, & in statu reali, supponit. Nempe melius, maiusque est existere, seu esse, quam non esse, ac non existere discursu opus est, vt ei mens pro hoc statu cognoscent virtualiter, & implicitè assentiamur: ac proinde non sine discursu, mediato nimirum, & per aliud.

4. Obiicitur tertio. Haec propositio *Deus est, vel non est*, est propositio nobis pro hoc etiam statu per se nota: ergo, & haec propositio *Deus est*. Si enim pro hoc statu possumus ita euidenter penetrare connexionem subiecti cum praedicato prime propositionis: cur non possumus, & connexionem subiecti cum praedicato secunda. Sed disparitas est facillima: quia esse vel non esse est notissima cuiusque entis passio; ac proinde entis vniuersalissimi sumpti: ex quo praedicato vniuersalissimo conuenit etiam Deo: at esse determinate non praedicant vniuersalissimi, ac nobis notissimi est: quin nulli alteri enti, quam Deo, conuenit: quare particularissimo Dei praedicato ipsi conuenire certissimum est: Particularium vero, praecipue spiritualium, passionem, earumque cum ipsis connexio a nobis pro hoc statu per se non penetratur, ex dictis cert. 2. n. 4.

5. Iam obiicitur. Haec propositio *Deus est colendus*, est per se nota: ergo & haec, *Deus est*. Recentiores Murciani concessio antecedenti negant cum Gillio, Faalolo, & Molina consequentiam. Quia cognita per discursum passionem prima Dei, cuiusmodi existentia est, potest bene secunda esse ex terminis nota. Sed melius negabitur antecedens cum Mairone in 1. disp. 2. quaest. 1. Smiling. Theodoro tract. 1. dist. 1. n. 38. & Scotitis aliis in eo enim antecedenti, existentia, & cultus debitus praedicatur de Deo: ac proinde nequit esse per se nota connexio praedicati cum subiecto, quare existentia praedicati de Deo connexio cum illo per se nota sit: quemadmodum si admittamus hanc esse per se notam: *Petrus est albus & currit*. Petrum esse album per se notum erit. Quare admissio antecedenti negati consequentia minime potest. Imò, nec si ponatur existentia Dei ex parte subiecti, vt eius syncategorema (quomodo videbatur locum habere posse Recentium doctrina) verum habet solutio, cuiusque doctrina in veris eorum principis. Nam, tunc etiam, explicitus assensus debito cultui Dei, qui solus praedicatum est explicatum, est assensus implicitus syncategorematis subiecti, scilicet existentiae Dei, quae est implicitum etiam eius propositionis praedicatum: cuius connexio cum Deo per se nota esse debet, vt totus assensus absolute per se notus dicatur: non est autem per se nota nobis illa connexio, vt defendimus cum Recentioribus

tribus eisdem: quare neque nobis ita etiam dispositum antecedens per se notum erit.

CERTAMEN IV.

Reliqua Recentiorum argumenta.

² Obiciunt Murciani Recentiores. Tunc propositio est per se nota, per species, etiam alienas, cum eis predicaturum est, vel de essentia, vel ex primis passionibus subiecti ac prout immediatè, & per se connectitur cum illo: atqui Dei existentia, vel est de Dei essentia, vel saltem prima eius passio: ergo propositio, in qua existentia predicatur de Deo, cognoscenibus adhuc per species alienas, nobis per se nota erit. Negatur facile maior. Requiritur enim præterea, ut connectio illa immediata prædicati cum subiecto sit cognoscenibus per species alienas, se ipsa, ac sine alio medio penetrabilis, ut docebamur cert. 2. num. 4. quod non habet connectio existentie cum Deo, ut ibi, ac num. 3. ostendimus, idemque facientur Recentiores.

³ Sed pro altera sua conclusione, quam pugnare cum hac sua, & nostra vidimus cert. 1. num. 4. & cert. 2. num. 6. opponunt: sublatam à rebus mundi existentis conatione cum suo auctore, & causa prima Deo, nullum est fundamentum naturale ad assentiendum existentie Dei: ergo syncategorema Auctoris, seu causæ primæ mundi existentis adiunctum Deo, facit existentiam Dei per se notam. Concesso, seu dato antecedenti, negatur consequentia: tum, quia est fundamentum discursus, non simplicis ostensionis existentie Dei connectio mundi existentis cum Deo: tum quia syncategoremata ipsi assentiri mens implicite nequit, siue discursus inuamine: cum connectioni prædicati expliciti cum subiecto implicito syncategorematis assentiat, ex vera, & certa, Recentioribus etiam ipsis, doctrina.

³ Arguit pro sua illa sententia Noster Antonius Perez Valiente. Per se notum est, necessarium ens, non esse, non existens: aliqui non existens posset esse necessarium, quod in terminis implicat: ergo per se notum est aliquod ens necessarium esse existentis: si enim nullum necessarium est existentis, non erit per se notum necessarium ens, non esse non existentis. Confirmat, Primò: quia ex terminis falsa hæc sunt: aliquod contingens, seu aliquod impossibile est necessarium. Secundo: Quia id etiam per se notum est: necessarium non est, impossibile, existit cum autem evidens sit de se necessarium non esse impossibile, de se etiam existere notum erit aperte. Tertiò: Quia non magis opponitur impossibili existentia, quam necessario non existentia: at impossibile non existere per se notum est: ergo & necessarium existere. Siue aliter: tam evidens est de se conerio necessarii cum existentia, quam impossibilis cum non existentia: at hæc est per se euidenter nota: ergo & illa. Quarto: quia necessarium, & impossibile sunt opposita: sed impossibile non existit: est per se notum: ergo necessarium existere est per se notum. Hæc, & alia mox subiicienda subtiliter præfatus Doctor pro sua sententia, & contra nostram attenuat, quo tamen robore inferius videbimus.

⁴ Murciani Recentiores multorum accurata, & subtili observatione de notitia rei quoad quid est, & quoad an est? ut quoad quid est, sit cognitio rei cum eis omnibus, quæ illi in statu mere obiecto, siue cognitionis conueniunt: & quoad an est, sit cognitio rei cum omnibus, quæ ipsi conueniunt in statu realitatem de differentia possibilis in statu obiectivo, & quoad quid est, ab impossibili in ordine ad inferendum eius possibilitatem, vel impossibilitatem in statu reali: & quoad an sit, existant enim ex possibilitate rei in statu obiectivo, non inferri possibilitatem eius in statu reali: ut patere inquirunt in secundo Deo apprehensio possibili: quia, quod possibile apprehenditur, potest, si existat, contradictionem, vel asserere de se, vel saltem sua existentia inferre: quia alterum contradictionis extremum asserat, alterum verò aliunde ex eius existentia apponatur necessario: cum tamen ex impossibili obiectivo, seu apprehensio obiectivæ bene inferatur

impossibilitas in statu reali: quia quod impossibile in statu obiectivo est, tale in illo statu est, & cogitatur. Quod, si existat realiter, realiter contradictorium existit (quod ipsum est impossibile, seu impossibilitas in statu reali) id enim est impossibilitas obiectiva, seu quoad quid est, siue essentia impossibilis, quod cogitatur. Horum igitur observatione respondent: ea omnia argumenta esse firma in sensu, & statu mere obiectivo, nihil autem probare in statu reali: nam ex primo statu ad secundum transitus consequentia legitime non est: sicuti, neque ex eo, quod ex impossibili obiectivo inferatur negatio existentie realis, cui connectitur, inferatur ex necessario opposito obiectivo existentia realis, cum qua minime connectitur. Ac demum ea omnia argumenta instari putant in secundo, vel pluribus Diis apprehensis necessariis.

⁵ Ego verò horum observationibus, quibus solutiones istæ nituntur, acquiescere non possum. Et prima quidem de cognitione rei quoad an est? & quoad, quid est, falsa explicatione nititur. Etenim cognitio rei quoad quid est, est cognitio rei, quoad eius essentiam, siue essentialia, per omnes. Cum autem rei essentia dupliciter accipitur, nempe pro essentia physica, & metaphysica: atque essentia physica ea sit, quæ re ipsa, & realiter in re continetur, eamque componit independentem à nostra cognitione, siue statu rei obiectivo: cognitio rei quoad quid est, cognitione rei, secundum ea, quæ ipsi in statu obiectivo conueniunt, nequit omnem cognitionem rei quoad quid est continere. Secundo, cognitio rei quoad quid est in statu obiectivo adhuc non est cognitio rei in statu obiectivo, quem qualitercumque, scilicet à falsa, vel erronea, aut prava rei apprehensione, aut iudicio habet res obiecta. (ut hi supponunt, dum aiunt, in statu obiectivo, & quoad quid est secundum Deum, imò plura alia entia necessaria esse posse: quæ quidem non, nisi ex erronea, & falsa cogitatione, cum obiectivum statum habere queunt.) Sed ex vera apprehensione, aut iudicio prædicatorum, quibus metaphysica rei essentia consistit. Inde verò constat falsitas discriminis possibilis ab impossibili in statu obiectivo, in ordine ad inferendum eius possibilitatem, aut impossibilitatem in statu reali: si enim in statu obiectivo ex recta apprehensione, ac iudicio verò aliquid possibile esse deprehendatur, atque inde vera possibilitas in statu reali inferatur, atque ex recte apprehenso in statu obiectivo verèque iudicato impossibilitas eius in statu reali impossibilitas inferatur: Nam possibilitas rei, si vera sit obiectivæ, etiam atque continet contradictionis omnis exclusionem, si res existat, atque alicuius exclusionem, si res verè obiectivè impossibilis extiterit: siue verò de statu obiectivo ex prava apprehensione, ac iudicio sit sermo, neque è rei impossibilitate, aut possibilitate in eo statu alterutrum in statu reali licebit inferre.

⁶ Exemplum autem illud de secundo Deo, vel pluribus etiam, in obiectivo statu possibilibus, ac necessariis, quo suam Regentes doctrinam confirmari, atque oppositiones instari manifeste putant, nihil suam confirmat doctrinam, ut instant. Adversarij enim de necessario verò, recteque apprehenso ac iudicio scilicet Deo vno loquuntur, non de pluribus Diis erronee apprehensis, ac possibilibus, ac necessariis: quiaque argumenta ex vera necessitate, possibilitate, atque impossibilitate deducunt, non ex falso apprehensa: sinceriorum ergo, & facilius respondeo omnia illa argumenta concludere, si non supponerent probandum, nempe aliquod ens necessarium possibile esse, si enim daretur, & ipsum existere per se notum est: atque, atque impossibile non existere: sicut enim impossibile seipso, atque ex terminis remotum à rebus est, ita & necessarium ex terminis. Atque seipso in rebus esse debet, si tamen datur. In forma ergo ad 1. dico necessarium, si datur non esse non existentis, neque contingens, neque impossibile: quæ constant metaphysice conceptibus, & prædicatis appositis necessariis. Ad secundam conditionem illam ex terminis purificatam non videri. Erit enim, qui necessarium exercitè impossibile dicat: cum ens necessarium Deum, non, nisi sapientiores Philosophi ex discursu solum fuerint affecturi: neque enim ex terminis patet, an aliunde necessarium repugnet. Ad 3. Maior est vera, si necessarium verum non repugnet: de quo ex terminis, ut dixi, non constat.

6 Coutrou. I. de Essentia Dei, &c.

constat. Ad 4. verum est antecessens de vero, ac non ficto necessario, si datur; alioqui erit impossibile. An vero datur ex terminis non constat, sed constare contendunt sequentibus argumentis.

7 Opponunt rursus, duo contradictoria nequeunt simul deficere: ergo potentia ad contingens contradictorium existit necessario. Alioqui utrumque defectu potentie posset simul deficere: ergo aliquid necessarium existit. Et si datur totum, an non discursu probatur existere aliquid necessarium: unde ergo probant esse per se notum: sed neque discursu hoc conclusio demonstratur, in primis enim supponit discursus esse in rebus aliquid contingens: cum posset quis dicere omnia quandiu accidunt necessario esse, ac durare: imò omnia esse ex necessitate, & ab aeterno, asserere, ut putant Aristoteles de mundo: opusque discursu foret, ut convinceretur: quare consequenter omnium contradictoria esse impossibilia doceret. Secundo mala est argumenti consequentia. Nam extremum contradictionis negatiuum potentia existente non eget, sed certius ex defectu causae, & potentiae suo modo erit: quare perperam ex necessitate potentiae ad extremum contingens, etiam, contradictionis negatiuum, inferunt debere esse aliquid necessarium. Sed instabis: si non est aliquid necessarium: ergo omnia sunt contingentia: ergo omnia possunt deficere: ergo omnia essent tunc impossibilia: patet: quia tunc nihil posset de non esse ad esse transire: cum nulla esset virtus, a qua, à non esse ad esse deduceretur: ne ergo contingentia impossibilia contradictorie asseramus, aliquid necessarium est admittendum. Hic est arguendi modus, qui mirabilis per irrisionem dicitur. Sed nihil hic probat: quia, quod aliquid sit impossibile ex negatione sui, ac suae causae accidentarie suppositis, non probat impossibilitatem eius absolutam, ut patet. Secundo, solum probaret esse debere aliquam causam necessariam contingentium, quando illa producit, non autem semper, ac necessitate existendi diuine, quae ab his deduci tentatur. Ac denique totum hoc discursu deducitur, non ex ipsis terminis, innotescet.

8 Insuper arguunt, si necessarium non existit, eius non existentia non est contingens: ergo vel necessaria, ut contenditur, vel impossibilis: ac proinde eius existentia necessaria, ut contenditur. Respondetur fore necessariam, ac proinde existentiam impossibilem contra intentum. Instant. Per se notum est impossibilitatem impossibilem existere: sed talis impossibilitas est necessaria: ergo per se notum est aliquid necessarium existere. Sed dato toto non erit per se notum necessarium esse Deum, ut hi contendunt, sed chimeram: quam indentificari cum Deo, nec per se notum est ut patet, imò neque probabile ex discursu adhuc, ut d. de omnipotentia videbimus. Secundo maior implicat in terminis. Nam impossibilitas impossibilis est eius necessaria, & essentialis à rebus remotio, seu non esse purum per essentiam: Instant denique, per se nota haec propositio, *quodlibet est, vel non est*, aliquam veritatem obiectiuam habet, non contingentem, neque impossibilem: ergo necessariam: ergo ex parte rerum aliquis status obiectiuus datur necessarius, qui nequit esse distinctus à Deo: in primis statum obiectiuum propositionum necessarium Deo identificari realiter per se notum non est, imò neque probabile: ut fufius ostendo d. de omnipotentia, atque controuers. de scientia Dei. Neque veritas vlla necessaria obiectiuam, statu existentiae realis eget, ut ad eam, vel nostram, vel diuinam scientiam terminetur, ut illdem locis docemus. Posset argumentum Anselmi, supra solutum, pro per se nota existentia Dei, quae ens necessarium cogitatur variis argutis virgeris, sed quae ex dictis ibi, atque ad primum argumentum Antonij Perez, facile detegatur.

9 Ex praedicto independentiae à causa prima per se notam esse Dei existentiam contendit idem Antonius Perez. Per se notum est existere, vel non existere causam primam. Si existit, per se notum est eam esse independentem à causa prima: si secus, aliquid saltem ens eorum, quae experimur (ne dicam omnia) erit independentens à causa prima: ergo per se notum est existere ens independentem à causa prima. Simili forma arguunt ex praedicto entis non habentis superiorem. Sed tamen an idem possit esse causa sui ipsius, atque à se ipso pendere à Recentioribus aliis

in quaestionem vocatur, affirmantibus nonnullis: ut non adeo sit per se notum, causam primam à se ipsa non pendere si existit, si autem non existit, non pendebit ab illa aliquid, (imò, & omnia reliqua entia) non quidem ex sui perfectione, quomodo Deus independent à prima, & ab omni causa existente: sed ex defectu causae primae: ex quo non erit à reliquis causis per se notè independentes. Ut Deus independent est; Denique ex praedicto entis essentialiter existentis, ita arguunt. Per se nota est propositio, cuius contradictoria idem affirmat, & negat: at haec propositio, quod discursu haec per se notio continet, & quam fallaces, cum ex distincto alterum inferunt extremum?) *Ens essentialiter existens existit*. Idem affirmat, & negat, atque huic contradicit, *aliquid ens essentialiter existens, existit*. Ergo haec est per se nota. Minor probatur: quia in subiecto affirmat implicitè syncategoremata appositum enti ex parte subiecti de ente: ac proinde de illo affirmat essentialiter existere. Respondeo tamen nihil habere affirmatiuae propositionis, sed merè negatiuae esse vniuersalem eam propositionem. Licet enim affirmatiuae, seu assensus sint affirmatio, & assensus impliciti syncategoremata subiecti: negatiuae, & dissensus non item. Qui enim negat Petrum album currere, non assensit, aut affirmat Petrum esse album, adhuc implicitè: sed eo solum, quod albus Petrus non sit, licet sit currens, Petrum album currere, merito dissentimus, & negabimus: quod obseruatum velim contra eos, qui ex falsitate syncategorematis additi subiecto propositionum negatiuarum suppositum inceptè, licet frequenter, negant.



QVÆSTIO II.

Sitne demonstrabile ex naturalibus Deum esse, siue existere?

Difficultatis punctum longius, quam praefatio quaestionis petit explicandum erit.

CERTAMEN I.

Difficultatis, & quaestionis scopus, notatus & sententia.

1. **N**on loquimur de demonstrabilitate existentiae Dei, supposita fide nostra, vel de eius existentia reuelatione, vel alterius veritatis cum Dei existentia connexae: tum quia, si fidei tandem innititur discursus, rigida demonstratio non erit: Tum quia, si fides, vel reuelatio sit de Dei existentia demonstranda, nequit eius obiectum medium ad eam veritatem ostendendam esse: Est quippe veritas ipsa demonstranda: quae, & ignota in praemissis debet esse (saltem aqua claritate, & certitudine, ac firmitate) ut vi illarum dicatur monstrari: cum autem fides, cui inniteretur discursus ille esset certior conclusione deducta, quia *propter quod vnumquodque tale, & illud magis*: Ut de principiis respectu conclusionum aiebat Aristoteles: atque ex alia parte conclusio clarior, atque euidentior fide, aut reuelatione, quibus innititur esse non possit: neque intellectus posset propositioni eidem de existentia Dei assentiri adstante eiusdem veritatis fide: quia infirmus vndequeque, & ignobilis motuum in conspectu praestantioris, mouere ad assensum nequit: Sed, nec si euidentia reuelationis adit mouere valebit ob eandem rationem: quia firmior, clariorque tunc, & immediatior erit connexio extremorum directa, & extrinseca per euidentem reuelationem, quam reuelationis tanquam extremi, media eius naturalis connexionem cum reuelata, ob quam huius discursui assentimur.

* Si autem reuelatio, vel fides sit non de Dei existentia, sed de aliquo alio cum illa connexo, atque de eius conuersione, recte quidem, & certe, ac citra erroris periculum Dei existentia deducitur: non tamen demonstratione, ut dixi: cum fidei, aut reuelationis obscuritas, cui discursus innuitur, demonstrationis necessitatem ostendat claritatem, quod si reuelatio eiusmodi obiecti connexionis cum Deo euidens sit, adhuc sub iudice lis erit, an sit demonstratio appellanda obiecti illius: quia medium extrinsecum est propositioni, neque interinsecum cum illa connexum, sed solum extrinsecum, licet intrinsecum cum eius veritate connectatur. Præterea: quia, cum varia, atque innumera sint obiecta cum Dei existentia connexa, tam possibilia, quam conditionata, & absoluta, quæ, quorumque connexiones reuelari à Deo, fidei quæ cognosci possunt longum nimis esset pro singulis eorum conclusiones proponere: labore nimirum inutili: cum certum sit reuelata obiecti cuiusvis conuersione cum existentia Dei, eoque obiecto, vel ex reuelatione euidens, vel clara videlicet cognitione deprehensio, certe, ac citra formidinem, adhuc subiectionem, Dei existentiam evincere, siue hunc discursum demonstrationem appelles, siue neges: quia medium, licet euidens cognitionis extrinsecum veritati obiectivæ in conclusione deprehensio, est.

3 Ob eandem etiam rationem disputandum hic non erit ab intuitu Dei videntibus vel quidditative per speciem propriam, quia Dei essentia præcisè, ac sine existentia videtur, ipsius existentia demonstrari queat. In eo quippe inutilis, ac prolixus impenditur labor. Prolixus quidem. Quia extra chorum hic disputandum esset cum Scotis: an Dei quidditativa species, quæ intuitiva non sit, dari queat, ut Deus quidditative, quin intuitivè videatur? Immatuè item an Dei existentia extra essentiam, & quidditatem Dei sit: nisi enim hæc duo exacte examinentur, nihil in præsentia statui potest. Eorum verò examen, cum ad controuersias de anima, & de visione Dei nondum à nobis casus spectat. Ex visione autem intuitiva Dei cum omnibus, quæ re ipsa identice habet certissimum est Dei existentiam demonstrari à se cum videntibus minime posse, cum enim ipsi existentia eius identificetur idem esset medium ad seipsum demonstrandum: quod prolixus repugnat, ut nuper dicebamus. Neque enim idem in se visum, mouere potest, ut iterum idem ipsum videatur discursum ob rationem eandem. & quia aliquo implicatoriè discursuum infinitus processus necessarius admittitur. Quo & impugnati narrant citandi inferius Scotiste, qui hic extra chorum, & inutiliter oppositum de intuitu Dei videntibus occurrunt: extra chorum, & inutiliter diximus: quia solum hic disputandum cum utilitate & fructu est, quod philosophi disputant. An scilicet ex naturalibus his, & quæ experimur, videlicet, & cognosci à nobis clare pro hoc statu possint, Dei existentia demonstrari queat: nimirum omni Dei reuelatione, & dono supernaturali excludo.

4 Pro cuius resolutione demonstrationis definitio, ac cunctis, præmittenda in primis erunt: primo ergo demonstratio definitur communiter: *discursus, quo per euidens atque insalutabilem consequentiam ex euidens principii aliquid colligitur*. Vniuersalissime verò, & primario demonstratio diuiditur in demonstrationem ostensiuam (quæ scilicet ob conuersionem euidens conclusionis cum principiis præmissarum conclusio inferitur) & in demonstrationem deducentem ad impossibile: in qua accepto contradictorio conclusionis recurrit intellectus inferendo donec incidit in aliquod manifestè falsum, vel impossibile. Hæc summulitis omnibus nota. Aliud verò demonstrationis ostensivæ genus, quod sæpe laudati Murciani Recentes præter duos enumeratos demonstrationis à simultaneo, à se inuentum, licet ab Aristotele, & reliquis hætenus, vel ignoratum, vel omisum, nunc non est à doctis, ne dum à nobis ignorati; mirum autem valde est fuisse ab Aristotele ignoratum. Ac fortasse, dum illud demonstrationis suum genus suo, ut ait, loco explicare videamus demonstrationi, vel à priori, vel à posteriori assinitatis saltem, ut non conuersionis, iure inclusum deprehendimus. Est enim, quantum suspitione assequi possum, demonstratio vnius

relati transcendentaliter per aliud suum correlatum, vel terminum, cuius nec causa, nec effectus sit: in quibus, cum, quasi causalitas formæ extrinsecus specificantis, vel mutua, vel non mutua, intercedat, sub demonstrationis à priori, vel à posteriori genere clausa ab Aristotele fuit, ac minime omissa.

5 Sed, ne amplius de re adeo abstrusa diuinemus, in præsentia difficultate Prima sententia negat Dei existentiam ex purè naturalibus, naturaliterque cognitis posse vlatenus demonstrari: diuersis tamen de causis. Abulensis, Egidius, & Argentina: quia Deum existere per se notum est. Per se autem nota demonstrari nequeunt. Vtrumque autem falsum esse vidimus, quæst. 1. Aliacensis verò, Holcor, Basol. Maior. Gaspar Cassalius, & alij: quia hætenus nulla existentie Dei legitima demonstratio fuerit adinuenta: quos proinde demonstrationibus questione 3. examinandis, statuendisque satis confutabimus. His in difficultate quam hic examinamus (Deum per speciem propriam, siue quidditative, siue intuitivè secundum totum quod in se habet videntibus) omnis consensus Scotus in 1. d. quæst. 2. ubi Scotiste omnes, & Nominales, Okam. Gabr. & reliqui, quos refert & sequitur Smyling. tract. 1. de Deo vno dist. 1. quæst. 5. atque in re consentit etiam Ariaga noster 1. part. d. 2. sect. 2. n. 13. licet verbis dissentire velit. Secunda verò, & vltima in re præsentia sententia negat Dei existentiam à priori demonstrabilem esse: in quo cum prima concordat: esse verò à posteriori demonstrabilem ita ex patribus Dionys. 7. de diuin. nomi. Clemens Alexandrin. collat. ad gentil. Terul. Apolog. contra eosdem. Lactant. 1. diuinar. institut. Athanas. orat. contra idola. August. 8. de ciuit. Dei cap. 6. ac sæpius. Damasc. 1. fid. cap. 3. Anselm. 1. Monol. ac deinceps, & scholasticis Magn. Albert. tract. 3. sum. quæst. 18. Alex. Alenf. 1. part. quæst. 3. S. Th. 1. contra gent. cap. 12. ubi Ferrar. & 1. part. quæst. 2. à num. 3. & quæst. 3. à n. 1. ubi eius expositores & Asseclæ. Caiet. Valent. Molin. Vasq. Fassol. Gillius. Granad. Tanner, quos ut alios sequi vult Ariaga. citatus. Soar. dist. 29. Metaph. Eugubin. de perenni philosophia Lessius de prouiden. Smiling. supra quæst. 6. Rainaud dist. 5. natur. Theologia, quæ 1. Quiritos supra dist. 13. sect. 5.

CERTAMEN II.

Secunda hæc, eaque vera sententia probatur.

1 Deo primò Deum existere à priori indemonstrabile ex naturalibus, ut naturaliter cognoscuntur, nobis omnino est. Conclusio hæc communi scholasticorum, & scholasticorum omnium suffragio satis fundatur: sed communis huius consensus nequit non firmum argumentum adesse: probatur ergo conclusio: quia demonstratio à priori est demonstratio rei, seu conclusionis per illius causas euidenter cognitæ siue physicas siue metaphysicas, cuiusmodi sunt essentialia prædicata, & priora rei respectu passionum, aut prædicatorum non essentialium eius: atque existentie Dei nulla est causa physica: ergo per causam eius physicam existentie Dei nequit esse à priori demonstrari. Sed neque per causam metaphysicam. Non inde probò, quod Dei existentia essentialis Dei prædicatum, non autem essentie passio metaphysica sit: id enim & sub lite apud Theologos est, dirimenda à nobis, dist. 2. à proinde nequit huic opinioni concors, etiam de ea dissidentium, Theologorum inniti conclusio.

2 Sic Ergo probatur, licet Dei essentia causa, seu radix metaphysica sit existentie, atque hæc in eius passionibus numeretur: est à nobis ordinario, & naturali modo cognoscensibus, non ita clare cognoscitur Dei essentia, ut ipsa, quam cum sua existentia connexio, clare, atque euidenter, adhuc abstractive penetraretur: ergo discursus, ex nostra cognitione essentie Dei pro hoc statu, & modo nostro naturali, & ordinario cognoscendi, nequit procedere ex causa metaphysica euidenter cognita, nedum indicata: ergo neque potest esse demonstratiuus existentie Dei per causam

causam metaphysicam: siquidem demonstratio omnis ex euidenter cognitis debet procedere. Confirmatur: quia numerum Theologorum, aut Philosophorum demonstratio à priori existentiae Dei hactenus occurrit: cum tam multi sapientissimi doctissimi ac subtilissimi in existentia Dei demonstranda adeo insudarint. Quod autem tot, tantisque viris per tot secula inaccessum fuit, satis ostendit nobis pro hoc statu, & modo cognoscendi accessum esse impossibile: ac proinde existentiam Dei à nobis pro hoc statu, & modo cognoscendi à priori demonstrari minime posse.

3. Dico secundò: demonstrabile à posteriori est Deum existeret. Quae conclusio adeo est certa, ut S. Th. oppositam erroneam appellat. citato loco contra gen. Valent. i. erroneam. Valq. temerariam. Soar. i. de attri. c. i. temerariam, & errori proximam, nostramque valde fidei consentaneam. Quibus censuris ex citatis pro secunda sententia plerique subscribunt. Theodorus verò, Smising. licet à censura Theologica oppositam nostrae conclusioni vindict: quia ex scriptura, & Patribus solum euincitur morali quodam certitudine Dei existentiam esse à nobis pro hoc statu, & modo cognoscendi demonstrabilem, non autem euidenter phyfica, aut metaphysica: quam tamen in philosophia temerariam appellat. Pro hac verò nostra conclusione præter, imò & ante doctores datos cert. i. num. 7. pro sententia secunda sterere Philosophorum Principes Plato in Parmen. Timaeo. Arist. de mundo ad Alexandrum, & libro lib. i. & 8. phil. ac 2.9. & 12. metaph. Cicero de natura Deor. lib. i. sub init. ac 1. de diuinat. circa fin. cum Chrylippo, Zenone, de ante, Stoicis, & aliis, & communiter Patres. Cum verò ex scriptura non euincitur, imò neque efficaciter probari posse æstimant Valq. Gillius, & ex citatis pro ea alijs. Solum enim in locis iam dandis contineri esse naturaliter cognoscibilem à nobis Dei existentiam, seu Deum esse: nil autem ibi definitur, an cognitione demonstratiua vel probabilis solum cognoscibile sit à nobis.

4. Ego verò censo efficacissime conclusionem hanc ex scriptura deduci. Etenim verba, quibus cognitio existentiae Dei nobis pro hoc statu, & modo naturali cognoscendi possibilis dicitur, euidenciam propria sua significatione significant: ac proinde de euidenti cognitione à catholicis intelligenda hic sunt, ubi, nec ratio theologica, neque alia scripturae testimonia, fidei ve dogma aduersantur: iuxta regulam interpretandi scripturas à veritissimo Thychonio datam, atque ab Augustino, reliquisque Patribus, & Theologis laudatam. Primus locus est ex sapientiae. 13. ubi inter alia ad rem hanc satis perspicua, ita habetur. *A magnitudine enim speciei. & creatura cognoscibiliter poteris creator horum videri.* Secundus ex 1. ad Romanos. *Quia, quod notum est Dei manifestum est in illis. Deus enim illis manifestauit, in visibilibus enim ipsis à creatura mundi per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur. Sempiterna quoque virtus eius. & diuinitas: ita ut sint inexcusabiles.* Ad quae Hieronymus. *Tam euidenter intellecta sunt, ut conspecta dicantur.* Et August. tract. 2. Ioan. *Deus potest inueniri per creaturam euidenter: dicente Apostolo, inuisibilia enim.* Similiisque habent Dionys. Basil. Nyssen. Athanas. Tertullian. Cyprian. Maxim. Damasc. reliquique Patres ad eum locum, ac Theologi communiter in quæst. præfati. Accedit illud Psalmi. *Celi enarrant gloriam Dei, & Actor. 14. non sine testimonio semetipsorum reliquit beneficiis de celo, &c.*


5. A ratione probatur primo argumentis, quibus quæst. sequenti Deum esse monstrabimus, ea enim demonstrationes à posteriori sunt, ut videbimus. Secundò, quia existentia creaturarum, quæ sunt effectus Dei, euidencissima est: atque item earum connexio cum Deo causa earum prima: ergo causa primæ, scilicet Dei, existentia per suos effectus euidenter à posteriori, est demonstrabilis. Antecedens est euidens, ampliusque ostenditur, quæst. sequenti, consequentia est legitima: quia nil amplius reperitur, nec requiritur ad demonstrationem quamvis existentie causæ per effectum, quam effectus existentia, & connexionis eius cum existentia causæ euidens cognitio. Secundò, quia, ut quæst. i. vidimus, natura rationalis, quasi ingenta propensione Deum agnoscit ac colit, ut nulla sit tam barbara natio, quæ in Dei aliquid cultum, exhibendum non incidit: licet in

Deo assignando sæpe ob sua vitia aberrauerit: quare natura rationalis tali lumine præcuenta necessario censeri debet quo, (in vitia præpediant) Deum verum, quem colere à natura inclinatur, sine erroris periculo, ac proinde euidenter agnoscatur. Quod ut ostenderet Deus Philosophis nonnullis, etiam peccatoribus, demonstrationes existentiae veri Dei viuis, non obstantibus eorum peccatis, concessit. Tertiò probari solet, quia Deus est naturalis finis creaturarum rationalium, ut ex S. Th. 1. 2. plures explicat Scholastici: ergo necessarium est, ut eis via pateat manifesta, qua citra erroris periculum in finem suum naturalem tendere possint: quod sola euidenti Dei existentis noticia queunt habere. Alioqui cum nobilioribus creaturis deterius, quam cum irrationalibus ageretur: cum his certa naturaliter ad naturalem suum finem consequendum pateat via: quæ rationalibus ad suum naturaliter ocluderetur. Ceterum huic rationi non satis fido. Tum quia Dei consecutionem naturalem esse finem creaturæ rationalis non satis est exploratum, nec de consecutione per qualemcumque probabilem adhuc, Dei cognitionem intelligitur. Cum enim euidenter Dei veri demonstratiua cognitionem, vnus tantummodo, aut alter, comparatione innumerorum hominum, qui eam non assequuntur, habeat: durissimè cum hominibus, quàm cum brutis ageretur, si ea Dei demonstratiua cognitio, & affectio naturalis eorum finis esset. Præterea si in hac naturalis finis hominis statueretur, pro antecedenti, ponitur manifestè probandum. Prima ergo ratio omnium firmissima est. Secunda verò tertia hac firmior, licet primæ firmitatem non æquet.

6. Quæ verò obici possunt nullius, vel admodum exigui ponderis sunt. Primò quod Deum existeret de fide est: ergo non est naturaliter euidens: fides enim cum euidencia pugnat. Sed obiectio hæc æque probat, si quid probat, neque supernaturaliter esse demonstrabilem: fides enim ratione obfcuritatis, non quidem naturalitatis potius, quàm supernaturalitatis demonstrationis opponitur, sed euidencie claritati, quæ est in vtraque. Secundò. Probari solum, non posse à Catholicis Dei existentiam demonstrari, sicut ab Ethnicis, & hæreticis, qui fidem diuinam non habent. Et tertiò tandem nihil probat: quia mala est consequentia: quia fides diuina cum euidencia, etiam intuitiua, nedum demonstratiua, obiecti euidens potest, adhuc naturaliter, consistere. Nec maioris est ponderis, quod Patres sæpe doceant non posse hominem sine speciali adiutorio Dei ad ipsius cognitionem peruenire: id enim non solum de cognitione euidencia, ac demonstratiua dixerunt Patres, quare nostræ conclusioni non opponitur directè, sed cognitioni Dei, ut oportet, & conducit ad vitam æternam. Secundò, Dei adiutorium, & gratia naturalis ordinis, quoad substantiam, esse potest: ut de gratia auxiliante ostendimus: quare cognitio euidens Dei extra spheram virium nostrarum naturalium, quoad substantiam, non est: quod est satis ad nostram conclusionem. Tertiò, si auxilia gratiæ ad vitam æternam conducentia supernaturalia, quoad substantiam, necessariò sunt, minus adhuc urget obiectio: cum demonstratio existentie Dei à nobis naturalis quoad substantiam asseratur.

7. Tertiò, haud fortius obiciunt: demonstrationem ex necessariis debere procedere, iuxta Arist. 1. Poster. cap. 5. & Doctores omnes, cum tamen creaturæ sint contingentes. Nec satis est, quod respondent plures creaturas possibiles necessarias esse, quia possibiles, seu factibiles esse creaturas, per se, & ex terminis euidens nobis non est, sed ex earum existentia quam experimur: ad quam recurendum tandem est, ut demonstratio Dei euidenti principio nitatur, & in qua argumentum recurrit: Respondetur faciliè principia demonstrationis necessaria non enitatur, sed verificatur esse: id est necessaria veritatis esse debere: quod habent præmissæ de obiectis contingentibus enitatur. Si semel hæc ponantur, suntque necessaria ex suppositione: quia, quod est, quando est, necesse est esse. Quarta æque infirma obiectio sit. Creaturæ existentes solum inferunt Deum eiusque existentiam, ut connexæ cum hac, ratione dependentiæ ab illa: ergo ante conclusionem in antecedenti cognitus est Deus existens terminans eiusmodi connexionem: ergo ex ea Deus existens demonstrabilis non est. Patet: quia

omnis demonstratio, imò, & discursus, pergit, ut per illum in cõclusionem nōscatur, quod in præmissis erat ignotum. Obiectio hæc à qua ægrè expeditur. Falsolus, discursum omnem, nec solum omnem demonstrationem impugnatur. Respondeo facile in antecedenti, ex vi connexionis connexionis subiecti cum prædicato conclusionis; postmodumque in cõclusionem ei assentiri per iudicium, & assensum conclusionis; cui formaliter in antecedenti nondum fuerat assensus: quare per assensum iudicativè (cui solum cognitioni discursus inferuit) ignotum absolute in cõclusionem manifestatur.



QVÆSTIO III.

Demonstrationum existentie Dei, quæ hæcenus sunt allata, examen, & solidarum ab apparentibus discretio.

EThi certum omnibus ferè doctoribus, ut vidimus, sit Dei existentiam posse à posteriori demonstrari plurique datas à sapientibus citatis, quæta. certat. n. 5. veras demonstrationes habeamus: tamen plus iusto acuti Doctores nonnulli, ut ingenij sui subtilitatem venditarent, atque à se inuentas inanis gloriæ, quam veritatis studiosiores intruderent, solidas illas præcis, ac totis sæculis veneratas, venerandasque omni arte enervarunt. Alij verò novitatis furore decepti, quam par esset, firmiores, evidentioreque discursus hæc dere suas crediderunt, atque demonstrationes iudicant: quare, & veras demonstrationes statuerunt, & fallaces, vel minus solidas, ne alios decipiant, detegere operæ præcium erit.

CERTAMEN I.

Communia quedam, atque evidèntia principia pro veris demonstrationibus statuntur.

1 Statuo primò. Quidquid denuò est, antequam non sit non posse habere esse à se, sicut habet Deus, qui neque à se, neque ab alio est factus. Constat evidenter primò: quia ex eo modo essendi à se evidenter inferunt infinitas siue æternitas essendi, sicut & immensitas essendi atque vniuersum infinitas in entitate, atque attributis reliquis Dei. Ex eo enim, quod à nullo Deus sit, vel fiat, non est vnde illi, vel duratio, vel entitas, vel attributum taceatur. Secundò: quia ex eo, quod à se sit Deus, certò etiam, atque infallibiliter inferunt per suam essentiam existere; seu entitatem: ac proinde ex eo, quod non repugnet certò item, & infallibiliter deducitur semper extitisse, existere, atque exiturum esse. Cum autem ea quæ denuò existunt, evidens sit esse possibilia, evidens etiam esset suo modo à se essent, quo est à se Deus, extitisse semper ac de nouo non esse, sed ex æternitate: quod cum evidenti experientia, eorum, quæ denuò sunt, cum antea non essent, de quibus est prima hæc nostra propositio, manifeste repugnat.

2 Statuo Secundò, nihil eorum, quæ denuò sunt, cum antea non essent, posse non accipere esse ab alio; illud enim, quod non habebat, accipit, commune habet; quod neque accipere à se ipso. Etenim accipere esse, & fieri idem profus est: alit nil potest à seipso fieri, sed solum ab alio: ergo quidquid accipit esse, quod antea non habebat, siue denuò sit, ab alio fieri, atque accipere esse necessitudo debet. (Mior est per se nota: & demonstratur: quia aliis idem esset prius, & posterius natura: scilicet: daretur esse, quod pro illo signo non habebat: quæ implicante manifeste, quo etiam demonstratur,

Christoph. de Ortega, de Deo Vno. Tomus I.

nihil fieri, seu accipere esse à seipso, adhuc ab æterno potuisse.

3 Inde etiam evidens est Tertium aliud principium. Repugnare nimirum, quod plura se vicissim, ac mutuo, quoad primum, & idem suum esse, siue mediate, siue immediate efficiant. Etenim, si aliquid efficiat aliud, quoad primum esse illius, à quo, vel mediate, vel immediate, quoad primum sui esse fieret, daret quidem esse illi prius, quam in se illud haberet: daretque proinde, quod nondum habebat; essetque illo posterius, & prius, atque item seipso prius, & posterius: ac denique totum coniunctum eorum se mutuo agentis, seipsum primò de non esse ad esse traduceret, ante quàm illud haberet, seque ipso prius, & posterius foret: quæ omnia, & singula manifestam implicationem, & chimeram involunt, ut de se patet. Quæ his duobus principiis per se quidem notis, atque ex impossibilitate deprehensa in opposito, satis superque demonstratis responderi, apparenter adhuc possent, dissecta à nobis abunde sunt. Controv. 6. de Incarnat. d. 2. qu. 9. Cert. 3. n. 2. ac deinceps; quare eorum oppositione, ac refutatione repetendis merito abstinemus, cum ibi videri facile possint.

4 Statuo Quartò, quod satis per se notum est. Nempe repugnare processum infinitum causarum, & effectuum aliorum ab aliis effectuum sine primo principio, & causa, quæ à nulla causarum, tam in eadem, quam in diversis mensuris durationis; evidens enim de se videtur nihil posse habere esse derivatum per infinitam seriem causarum sine principio: sicut de se evidens est, nihil fieri posse per aliud, quod per aliud sciat, nisi tandem ad principium aliquod per se notum, & quod non per aliud innoscat, deueniat, verum, etiam per se notum hoc principium quartum non sit, facile demonstratur. Quia omnia, & singula, quæ in tota illa causarum serie continentur, sunt facta: quandoquidem non admittis in illa aliquam primam causam à se, atque à nulla causa factam: ergo, vel tota illa series, vel aliqua eius pars facta est proprie à se, quod pugnat cum secundo principio; vel vicissim, ac mutuo se causant eius partes, quod pugnat cum principio tertio: ac proinde tota illa series infinita causarum factarum, quam admittis, facta est, ut aiebas; ac non est facta, ut conuinceris, quæ sunt contradictoria; vel ab alio tandem non causato extra totam tuam causarum causarum seriem, aliqua saltem causa ex illis causanda est, quod sit primum causans à nulla ex causatis causis proveniens, ut quarto hoc nostro principio statuebatur.

5 Dices circulum causalitatum mutuarum in causis, & effectibus se mutuo causantibus evidentiissimè esse: si enim prima ex eis causetur ab ultimo effectu vniuersi circulus implicatorius nequit: aut circulum solum in numero finito rerum inueniri posse, non in aggregato infinito: ac proinde neque in serie causarum infinita, quam ad verfarum ponunt causalitatum, circulus locum habere potest. Sed verò, (ut differam tantillum impugnationes, quæ præclusione cuiusvis secundæ se prodent,) contra effectum hoc est: quia per aduersarios ipsos ponitur totam illam infinitam seriem causarum ita esse causarum factarum, ut nulla ex eis à se, siue non facta sit, atque insuper à nullo alio, quod à se, atque extra totam illam seriem sit facta: ergo in eorum doctrina in serie illa infinita causarum, quarum una ab alia illius serie sit facta, circulus admittendus est, qui aliunde in serie illa, quia infinita repugnat: ac proinde aduersarij in sua doctrina in impossibile coguntur, quod est alterum demonstrationis genus pro nostra doctrina, & principio quarto, quod statuebamus n. 4.

6 Dices secundò. Opus non esse, ut toti collectioni causarum, siue omnibus causis in ea inclusis collectione sumptis, conueniat, quidquid omnibus, & singulis causis eius collectionis distribuitur acceptis comperit; maxime, si infinita sit, ut in nostro casu. Etenim in collectione partium durationis infinitæ à parte post, nulla est pars durationis ultra quam alia pars futura non sit: nulla etenim est pars, quæ præterire non possit, imò quæ præteritura non sit; cum tamen ultra totam eius durationis collectionem nulla pars durationis sit futura, neque tota collectio possit præterire, atque duratio finita esse non possit. Scire ergo potest, quod omnes causæ collectionis causarum infinitarum distribuitur sum-

B pte

ORTEGA
In a part
D Via

ptæ, & singule, sint factæ, quin omnes collectiue, seu infinitarum collectio facta sit; quo vitatur circuli repugnantia, vel repugnantia alia, quod tota collectio, vel aliqua eius pars sit facta à se. Fateor plura prædicata toti collectioni simul, & indiuisim conuenire, quæ singulis eius partibus, & omnibus diuisim, & distributiue sumptis conuenire nequeant; & e contra partibus collectioni earum: quia à singulis, & omnibus distributiue sumptis re ipsa collectio differt: id tamen non de omnibus prædicatis verum est; quinimò plura nequeunt toti collectioni conuenire, quin omnibus eius partibus distributiue sumptis conueniant; nec partibus singulis, quin toti etiam collectioni aptentur. Primi generis prædicata sunt, quæ parti, ac toti, vt pars, & totum sunt, conueniunt, & secundum quantitatem, vel quasi quantitatem conueniunt, vel discretam significant. Secundi verò illa, quæ omnino à quantitate, vel quasi quantitate abstrahunt.

7 In his autem numerantur prædicata Entis, Possibilitatis, Impossibilitatis, Existentiæ, atque Entis ab alio, quæ transcenduntia sunt: Per se enim est evidens impossibilibus factis, vel possibilibus, omnibus, & singulis rebus distributiue sumptis, quibus tota collectio, etiam infinita, constat, eam totam possibilem, vel impossibilem fieri. Item existentibus eis omnibus diuisim totam collectionem existere. Similiter evidens est, neque posse totam collectionem infinitam non esse factam ab alio, si omnes, & singule res, quibus constat, distributiue acceptæ, absolute sint ab alio; sicut est etiam evidens de se: quod si ex omnes distributiue acceptæ ab aliqua causa existentiam recipiant, totam collectionem earum ab eadem, existentiam recipere: quin evidens est nullo alio modo posse totam collectionem rerum existere, vel esse factam, seu ab alio, quin omnes, & singule existant, vel sint factæ ab alio: cum collectionis totius existentia, & fieri passium ab alio, nihil aliud re ipsa sit, quam earum omnium, & singulorum coexistentia, & coniunctio omnium fieri passiuorum ab alio. Id quod æquè evidens est in collectione infinita rerum, atque infinita vt patet in collectione infinita temporis præteriti; quæ, nisi omnibus, & singulis eius partibus diuisim, ac distributiue acceptis præteritis, præterita esse non potest.

8 Exemplum autem, quod huic per se noto, ac demonstrato principio ex infinita duratione à parte post, atque singulis, & omnibus diuisim acceptis eius partibus opponeretur ex re non est. Etenim partibus infinitæ durationis futuræ diuisim sumptis ita competit præterire posse, vt non conueniat absolute (sicut causis singulis, & omnibus processibus infiniti admissi ab aduersariis causarum per ipsos conuenit esse causatas) sed excludendo aliarum in præteritione consortium: cum enim duratio essentia sua, successiva sit, atque à parte post infinita, nequit aliqua eius pars præterire, quin post se aliam relinquat, imò infinitas alias futuras: quare ex peculiari natura durationis infinitæ, & extensione quasi quantitativa infinita prouenit, vt in ea nulla inueniatur pars, ultra quam alia, imò infinitæ alie non sint futuræ, quæque præterire non possint: cum tamen collectioni toti infinitæ, nec quod ultra illam sit pars durationis futura, neque quod præterire queat conueniat: Deinde futuritionis & præteritionis prædicata non sunt intrinseca durationis partibus, sed ab extrinseco, prouenientia ab aliis partibus durationis, siue physice, siue imaginariæ, præteritis, vel futuris: quare ei solum durationi competit quæ præteritam, vel futuram aliam habet, cuius modi finita solum est, non autem infinita, qua parte infinita est: quod secus in prædicatis illis entis existentis à se, & existentis ab alio euenire in infinita causarum causarum progressionem evidens ex dictis est: siquidem intrinseca partium prædicata sunt, quæ seipsis illam causarum collectionem constituent, quarumque nulla aliarum causarum causationem, & fieri impedit, quare evidens de se, & ex aliis demonstrationibus satis est, repugnare infinitum processum causarum, & effectuum aliorum ab aliis causarum, sine primo principio, & causa, quæ, vel intra, vel extra earum collectionem sit.

9 Rursus autem idem ipsum principium probatur. Quia omnia entia huius collectionis processus infiniti causarum, suo ordine ab alia, & alia causa in infinitum

regrediendo facta, singularim ab alio sunt: vltimum ergo ens, à quo in infinitum progredimur immediate à penultimo factum est, & mediatè ab aliqua causa, à qua intermediæ ducant, & originem, & virtutem, & actionem: hæc autem nequit esse tota illa collectio causarum, quæ ad collectionem omnium actionum non præcedit; sed potius eis omnibus constituitur: sed neque vlla ex intermediis causis; quia actiones ipsam præcedentes ab ipsa nequeunt procedere: ergo ab aliqua causa à nullo facta, à qua intermediæ reliquæ, earumque actiones deriuentur. Hæc autem est causa prima: ac proinde repugnat processus infinitus causarum ab alio factarum, qui ad causam primam, ac non factam ab alio tandem non perueniat. Denique pone vltimum eius processus effectum album esse, penultimum nigrum, & sic vicissim albis, & nigris causis, & effectibus tum processum infinitum causarum, & effectuum constare; planumque erit, nullum esse ens album quod immediate ab ente nigro non fiat, nullumque nigrum, quod immediate non fiat ab albo; ac prouide tota collectio alborum à nigris, & nigrorum ab albis manifesta contradictione mutue causalitatis, notata hic in principio secundo, num. 3. Quod si dicas non ex eo, quod ens à se sit, conuincit esse cæterorum auctorem, ac Deum cum diuersi conceptus sint non esse ab alio, & esse alius insuper auctorem: vt patet in homine, qui ab equo non est, & tamen illius auctor, & causa non est. Contra primò quia demonstratio non solum probat dari ens à se, sed quod cæterorum auctor, & causa sit. Secundo, licet non esse ab aliquo alio determinato, non probet esse illius, vel aliorum auctorem: alit non esse ab alio indeterminatè, seu esse à nullo, quomodo esse hoc ens à se ostenditur, infinitatem virtutis, & perfectionis demonstrat: ac prouide esse cæterorum auctorem, ac Deum summe prouide colendum.

10 Principium quintum statuo. Circulus causalitatum in rebus sese mutuò efficientibus, etiam in diuersis durationibus, quin alie ab aliis factæ sint, est impossibilis, quia progressio hæc causalitatum, atque circularum aperte debet esse infinita: quæ & cum circulo & ex quarto principio repugnat statuto, n. 4. etenim quæ accipiunt existentiam in vna duratione, in alia necessario præexistere, vt darent existentiam eis, à quibus illam accipiunt, & hæc in alia, & sic infinite regrediendo, quin veniatur ad principium, cum autem infinita sit in eo circulus causalitatum & existentiarum, licet in diuersis durationibus, progressio, redeunt contra illam argumenta omnia pro quarto principio efformata: cum infinita progressio, collectioque talium existentiarum, perinde se habeat ac si infinitarum esset rerum. Illa namque nequit non ab aliqua sui parte fieri, ac prouide, siue immediate, siue mediatè, secundum idem sui esse facta erit, vtrique autem hæc extrema principia tenent, est effectus semel productus conseruante causa non egeat: quia sine aliqua causa prima, à qua series influxus inchoetur, nequit influxus ad medias, & vltimas deriuari, vt arguit Arist. 2. meth. cap. 2. cæterum, si effectus omnis conseruante causa egeat, vt persistat (vt evidens est, quia nihil, quod à se non est habere vltimè esse, aut subsistere potest, quin à causa aliqua actu illud ipsi doneatur, ab eaque ipse illud recipiat: quare non solum in primo, sed in reliquis instantibus, quibus perdurat, sui causam actualem debet, quidquid persistit habere), apertius adhuc & euidentius est principium vtrumque.

CERTAMEN II.

Solida Existentia Dei demonstrationes.

1 Prima demonstratio de existentia Dei principia deseruiunt statuta. Sic autem ea habet. In his, quæ ab alio sunt, nequit dari circulus mutuarum causalitatum, nec infinitus causarum, & causarum processus, quin perueniatur ad causam aliam, à qua series causalitatum, & causarum incipiat, quæque

quæque à nulla antecedenti causa causetur, sed à se fit: ut constat ex constitutis 3.4. & 5. principis: atqui omnia, quæ in tempore cernimus fieri, atque oculis ipsis deprehendimus, ab alio sunt, ac non à se, ut constat ex primo, & secundo principio: ergo in eis nequit dari circulus mutuarum causalitatum, & causarum, neque earum infinitus processus, quin ad primam aliquam causam, quæ à se, seu non ab alio fit perueniat, à qua series causarum, & causalitatum inchoatur. Hæc autem causa prima à nullo facta, sed à se, atque entitate sua promerit existens, quæ hoc dictum demonstratur, & est, & vocatur Deus: ergo evidenter demonstratur esse, atque existere Deum.

2. In hanc tandem, cuiusque principia reuocanda est terra S. Thom. vt demonstratio sit, quæ sic habet. Aut omnia, quæ sunt, contingencia sunt, aut aliquid est necessarium in existendo. Si hoc, id contendimus scilicet Deum necessarium existere. Si primum: ergo cuncta, quæ sunt, potuerunt non esse: ergo possibile fuit, vt aliquando nihil existeret: ergo, & quod cuncta essent impossibilia, quod pugnat contradictorie cum primo, quod admittitur, quod cuncta sint contingencia, & cum experientia omnium, quæ existere videmus. Ultima consequentia evidens ex penultima est: quia nihil potest à seipso fieri, quare admittendum est in rebus ens ali-quod necessarium, à quo contingencia reliqua fiant, scilicet Deus. Quod si dicas pericula in mundo fatali quadam necessitate à suis causis pro certa duratione fieri: de causis argumentum redibit, atque in processu infiniti causarum demonstratam repugnantiam recideret: vt ibi S. Th. indicat, ac proinde ad primam hanc demonstrationem, cuiusque principia deuenerunt.

3. Demonstratio secundæ à mirabili hoc vniuersi artificis petenda est. In quo tanta rerum machina, varietas, coherencia, consonantia, proportio atque in propriis vniuersi cuiusque fines, & vniuersi aptissima dispositio ac destinatio: colorum, altorumque, quibus variegantur pulchritudo, inflexus, motus, vicissitudo, & succellio, vt dies, menses, annos, temporaque terræ commode distribuunt: diuersi elementorum, & quatuor illarum primarum qualitarum concordia, vt se tueantur, atque mixtorum reditu interitu per generationes simillium, continua successione species adferunt, conspiciunt, vt, ni sensu ipso careamus, ab aliqua tandem praestantissima causa, & mente vigilantissima, cuncta fieri, iugiter tractari, & providentia petenti regi, atque administrari debeamus fieri, vt luculenter expendit legendus hæc de re Cicero toto fere lib. 2. de natura Deorum pro sententia Stoicorum disertans. Etenim (vt de arte factis reliquis fideam) si stupidi, ac vecors meritis haberetur, qui horologium rotatum casu, ac sine cuiusquam solerti industria fieri, mouerique asserebant: quæ vniuersum arte facta omnia, adeo ratione & arte constant, vt euidentiſſimum sit à nullo agente rationis, & artis experte fieri potuisse: ergo euidentiſſime erit naturalia omnia, quæ sublimioris, longèque nobilioris structura sunt, & sublimiori arte mentisque, quam sit humana, & creata provenire.

4. Dedit olim demonstrationem hanc Chrysippus apud Ciceroem loco citato. Si enim, inquit ille. Est aliquid in rerum natura, quod hominis mens, quod ratio, quod vis, quod potestas humana efficere non possit. Est certe id, quod illud efficit, homine melius: atqui res celestes, emnesque ea, quarum est ordo sempiternus, ab hominibus confici non possunt: est igitur id, à quo omnia conficiuntur homine melius: id autem quid potius dixerim quam Deum? Accedunt miracula, portentaque, quæ ultra omnem naturæ ordinem, potestatem, atque virtutem exsuperant: aperta adhuc occultæ Deitatis argumenta: quandoquidem artis magicæ effectus, eo quod ultra omnem visibilis facultatis virtutem elati, ingentem ad reuocandos ab Atheismo perditissimos homines magos habere energiam: miracula enim præfata ultra inuisibilium etiam creaturarum virtutem sunt posita, atque Dei potestas sequestrata. Adde futurorum vaticiniaque nisi ab omniſcia mente (diuina nempe) sub ea, qua prænuntiata sunt, comprehensione, ac certitudine præsciri non posse euidentiſſimum est. Hæc demonstratio præter citatos Philosophos, & S. Th. via quinta Patres videntur. Dionys. Achanat. Nissen & alij communiter, quos Doctores Scho-

Christoph. de Ortega, de Deo Pao, Tomus I.

laſtici imitantur. Vide nostros Lessium, & Theophilum Raynandum supra à n. 6. tandem multa accurata eruditio exornantes.

5. Demonstratio Tertia, ex immobili semper, vbique gentium, & nationum, constantique apud omnes homines persuasione, quod Deus sit: cum tamen ea, quæ euidentes, ac certæ sententiæ non sunt, neque apud omnes, neque diu, nedum semper, inualeſcant. Hanc demonstrationem aureis hæc verbis dedit citatus Cicero 2. de natura deorum. Col. 5. quod (scilicet esse Deum) nisi cognitum comprehensumque animis haberemus, non tam stabilis opinio permaneret, nec confirmaretur diuturnitate temporis, nec vna cum sæculis, ætatibusque hominum inueterare potuisset. Etenim videmus ceteras opiniones falsas, atque vanas diuturnitate extabuisse; quis enim hypocaustum fuisse, aut Chimeram putare? quæve annis tam exerts inueniri potest, quæ illa, quæ credebantur apud inferos quondam portenta, eximeſcat, opinionum enim cetera delet dies, naturæ iudicia confirmat. Nec minus luculenter eundem discursum expendunt Patres citati in præfatione disputationis.

6. Demonstrationem existentie Dei quartam confecit iam pridem Regius Pſaltes. Pſalmo 72. dum pedes suos penè à veritate, & virtute motos esse testatur, dum tidentem peccatorum in hoc sæculo fortunam; tristem verò iustorum videbat; quousque in perditorum hominum nouissima, meditatione inchoit: quæ etiam me iudice vnica, vel præcipua saltem, est immortalitatis animorum nostrorum demonstratio; ea verò in hunc ferè modum de morali philosophia depromitur. Euidens ex lege naturæ, & rationis naturalis lumine est, præmia probis, & felicitatem debere; prauis autem supplicia, atque arumnas: ergo nequit in hac rerum omnium vniuersitate deficere, qui vtriusque tandem vicem possit rependere: consequentia est euidens: debitum nullum de re impossibili esse potest; quis enim dicat alicui debere Hyocerum, vel Chimeram? essent autem proborum præmia, & prauorum supplicia impossibilia, ni in rebus esset ea vtriusque insignenda potestas: Atqui in hac vita non fit, quam facilius, atque abundantius perdit homines plerumque agunt, iusti verò infelices, duriusque; ergo id erit præstandum in alia, quæ à morte inchoetur, à principe vniuersi, quem penes ea omnia compendiandi, ac vitæ exorbitantias ad æquum reducendi ius sit, & potestas suprema.

CERTAMEN III.

Demonstratio Aristotelica de motore primo: Aliæque Antiquorum examinantur.

1. Quid hæcenus dedimus solidæ, atque irrefragabilis existentie Dei demonstrationes nobis sunt viſæ; ceteri de aliis, quæ circumferuntur, non ita iudicemus. Sed verò discursus huius de Motore primo vetustari, & Aristotelis qui toto 7. physicorum, & lib. 8. text. 27. illum primo adiunxit, & S. Thom. qui illum loco illo citato illustrauit, authoritati ea debetur reuerentia; vt theorism eius vis examinetur: neque si à demonstratione deficere deprehendatur, acuatim cum reliquis iuniorum discursibus, à demonstrationibus relegetur. Est autem in hunc modum præfata demogſtratio: quidquid mouetur ab alio moueri debere certissimum est, atque euidentiſſimum: atqui pleraque moueri experimur: ergo euidens est ab alio moueri. Maiorem euidenciam hoc argumento putant: quia nihil à seipſo moueri posse euidens est. Nam mouens est ens in actu; quod mouetur ens in potentia: at implicat idem secundum idem ens in potentia, & in actu simul esse: ergo implicat idem moueri à seipſo. Iam verò, si ab alio mouetur quidquid moueri experimur, implicat in his, quæ ab alio mouentur in infinitum progredi, non minus quam in his, quæ ab alio sunt: deueniendum ergo tandem erit ad aliquid immobile, quod actu cetera moueat mobilia: ac proinde ad motorem

motorem primum, nempe Deum existentem, cum non existens nequeat aliud mouere.

2. Ceterum, si argumentum hoc ad motionem acti-
nam tandem, & prolixè reducat, atque in primam re-
cidat demonstrationem, demonstrationis energiam, atque
evidentiam non videtur attingere, in sola motione pas-
siua persistens, vt à prima illa demonstratione recedat.
Etenim de physica adhuc motione. (Nec de intentionali
etiam, qua Deum à se moueri propriè tam certum est,
quam Deum viuere) Maior propositio, adeo incerta est,
vt falsa potius appareat. Patere id quidem videtur in plu-
ribus, quæ seipsa secundum actum vitalem, ad actum for-
malem, quem in seipsis causat physicè mouere, ex peri-
mur, in lapide sua grauitate centum petere: In aqua se
in pristinam frigiditatem reuocante; in omni viuente co-
gnoscente, & appetente. Illud autem argumentum, quo
maior hæc demonstrari putabatur, nullius est ponderis.
Licet enim ens in actu nequeat esse simul in potentia res-
pectu eiusdem; bene tamen respectu diuersorum: vt
patet in enumeratis, quæ sunt in actu virtuali frigidita-
tis, præsentia in centro, & actum vitalium appetendi,
& cognoscendi; non autem, vt sic, in actu formali eor-
um, sed in potentia vt illis in eodem instanti moueant-
ur, sique in eorum actu cum illa formaliter recipiunt.
Nec satis est hæc omnia à generante moueri: cum virtu-
tem ad eos motus ab illo in generatione recipiunt.
Cum autem in generationibus processus in finitus repu-
gnet, sistendum tandem erit in motore primo immobili:
verum si non ab alio factum generantem admittatur, in
passiuis motibus processus infinitus non incurritur: quare
ad primam demonstrationem de generationibus recur-
rendum erit, neque ex eis, quæ passiue mouentur præ-
cisè, quidquam euincetur.

3. Memorati Recentiores Murciani, vt robur Aristoteli-
cæ huic demonstrationi ministrant, supponunt: omne
mobile necessariò esse perfectibile eo, ad quod mo-
uetur: ita vt nec formaliter, neque eminenter tam per-
fectum sit se solo quam coniunctum ex se, & termino
ad quod mobile est: alioquin in casum ad illum mouere-
tur, mobileve esset, vt per illud perficeretur. Suppo-
nunt secundò. Causam adequatam actiui in se conti-
nere debere totam perfectionem, quam dat effectui, vel
formaliter, vel eminenter: ita, vt tam perfecta se sola
sit, quam coniunctum ex ipsa, & effectui; alioquin ex-
cessus perfectionis illius coniuncti, necundè, sed quasi
ex nihilo oriretur: cum non à causa adequata, quæ il-
lam non habebat, ac proinde nec dare illam poterat.
Item non magis daret affectui perfectionem, quam eam
ab eo reciperet: cum inde ipsa dicitur, perfectiorque
euaderet. Ex quibus euidenter inferitur, nihil à seipso
adequate posse moueri. Nam moueri nequit, nisi ad id,
quo perficitur: ex suppositione prima: ac rursus, si
causa adequata eius motus, & termini per illam acqui-
siti sit, perfici eo non potest: ex suppositione secunda:
ac proinde neque ad illum moueri; quod cum eo, quod
mobile ad illum sit, contradictione repugnat: ac proinde,
si in primo motore, Deo, saltem inadeguato sistatur,
qui nullatenus effectibus perficitur, processus infinitus
motorum & mouentium vitari non poterit.

4. Sed etiam non maiori operæ pretio præfati Re-
centiores pro ea demonstratione decertant. Primam
suppositionem Athei admittunt. Secundam autem facile
negabunt, rationis philosophicæ momento non exiguo.
Etenim præcontinentia causæ actiue adequatæ respectu
effectus talis esse non debet: bonitas, & perfectio
maior ex effectu ipso rebus non acreseat, quam in so-
la causa præhabebatur. Patet id quidem in causis vni-
uocis, v.g. in calore, vel luce, quæ similes effectus
edunt, & tamen ex calore producti, & producente
maius quid caloris extensiuè saltem in rebus est. Negare
autem calorem esse æquatum agens caloris alterius:
quia cum calore necessariò concurrat Deus. Supponit
aliunde probandam existentiam Dei, quæ probari hoc
argumento intendebatur, atque ab Atheis negaretur:
quia adequatio causæ solum, vt summum, requirit,
quod prædicatis effectus omnibus totidem formaliter,
(si causa vniuoca sit) respondeant; si autem æquiuoca
eminenter in prædicatis causæ perfectioribus; sed neque
in causis adequatis æquiuocis verum est ex ipsis, & effe-

ctu maius aliquid, atque extensiuè saltem perfectius non
resultare. Quia eminentissima præcontinentia è conce-
ptu suo non dicit totam effectus perfectionem in causa
formaliter esse: vt illam, quasi à se abdicet, vt effe-
ctui donet: quemadmodum in ciuilibus donationibus
contingit: quin actione, & effectu perfici extrinsecè,
& ditari agentia citra dubium Philosophis est. Idque
eorum ad actiones, & effectus producendos inclinatio,
& exigentia suadet: quæ maior ad eum finem propen-
sio est, quam in mobili ad terminum, quo mouendus
est, admitti ab illo queat: & tamen inde recentes (&
bene) colligunt in supposito primo terminum perfe-
ctiui, & perfectionem mobilis necessariò esse debere,
quamquam & hoc suppositum negari etiam possit: quia
agentia non tam suo, quam vniuersi bono in operatione
ipsis extrinsecè videntur consilere.

5. Quod autem in Deo, quæ causa æquiuoca rerum
est aliter res accidet, ex eminentissima, atque omnino
independenti Dei virtute, & perfectione colligitur: in
quo prædicata omnia, & perfectiones creaturarum, ab
intimis eorum imperfectionibus supputata inveniuntur:
quare neque intrinsecè creaturarum accessu, neque ex-
trinsecè operatione, & effectibus perfici potest: nec
de se in eos inclinatur, sed libere prorsus ob fines alios
in rebus ponit. Denique quam debile est argumentum
hoc, & Recentium fulcrum recitatum sit, vel inde satis
apparet: quod nemo hactenus ex eis concursum Dei
ad creata omnia edenda necessarium probauerit, sed
aliunde; cum tamen ex eis principiis, si ita, vt à Re-
centibus affirmantur, firma consistere, immediatè
etiam Dei concursus ad singula, & omnia creata eden-
da, omnino conuinceretur: vt consideranti statim pate-
bit: ex quibus omnibus liquet, primum motorem im-
mobilem, nempe Deum, è passiuo rerum motu præ-
cisè nullatenus demonstrari, nisi ad primam demon-
strationem recurratur.

6. Demonstrationem quintam à gradibus entis, ma-
gis, ac minus perfecti in hunc ferè modum, quarto loco
instruebat S. Th. in entibus, quæ videmus, alia aliis no-
biliora, & perfectiora sunt: ac quodvis est magis, qua-
tenus accedit magis ad id, quod est summum, & maximè
tale: ergo datur ens summum è possibilibus, & maximè
perfectum: scilicet Deus. Atamen minor est falsa. Nam
maius solum dicitur respectu minoris, cum quo solum
comparatur, quodque excedere dicitur, cum quo solum
& summum respiciat: vt patet in numeris in quibus
maius, & minus est, quin summum in numero sit, atque
in aliis pluribus: quo ruit fulcrum quod huic demon-
strationi supponit noster Valentia. Posito enim (inquit
ille) quod sit aliquid maximum in suo genere entis,
manifestè inferitur illud esse summum è possibilibus, at-
que adeo Deum, à quo possibilia esse recipiant: &
quod proinde nequeat superare. Sed primò: quæ de-
monstratione ponitur à Valentia summum in genere entis
existere: Deinde: cur non poterit ab aliquo possibili
aquare, licet non ab existentibus? Nam æquale ab æqua-
li fieri posse compertum est.

7. Eandem demonstrationem fulcire conatur duplici
via subtilis Recentior noster Antonius Perez sepe hoc
tomo citandus. Primò: quia entium perfectiorum, &
perfectiorum infinitus processus repugnat. Ponamus
enim ens album à nigro perfectione excedi; quod tamen
ab alio albo perfectione excedatur, & sic vicissim al-
bum aliud à nigro alio sine fine excedatur: nullum
que erit in toto cumulo eorum album, quod non à
nigro, neque nigrum, quod non ab albo excedatur:
quare collectio alborum collectionem nigrorum excedet,
atque ab ea excedetur, quod implicat. Dandum ergo erit
de facto aliquod ens summè perfectum, ne in eiu-
modi repugnantem infinitum progressum abeat. Sed primò:
hoc alternatiuum argumentum aequè infinitam quantita-
tium, siue continuum, siue discretum impugnat: cum
tamen opinionem illud affirmantem euidenter non re-
pellat. Secundò: esto: demonstretur repugnantia proces-
sus infiniti presentis. Dicit Atheus: non probari eius-
modi processum infinitum entium perfectione inequalium,
nisi detur aliquod ens de facto, omnium præstantissimum,
cui enim, vt diximus æquale ab æquali possit produci,
vel assignata specie præstantissima singularium perfectione
æqualium

aequalium continua generationum successione, vt de Phemico dicitur, saluabitur ens, quoad speciem omnium praestantissimum, tamen pluribus aliis speciebus eiusdem perfectionis aequale (quod Deo repugnat) quin processus infinitus inferatur, ni detur ens summum perfectum magnitudine Deo digna perfectionis.

8 Secundo, eandem demonstrationem confirmat, quia, vel datur inter existentia ens summum perfectum, etiam est possibile sine imperfectionis mixtura, & habetur intentum: vel non datur, & tunc omnium collectio erit optimum existentium. Vbi enim partes bona finita sunt, totum melius partibus fore euident est, sed tota haec collectio nequit esse optimum omnium, tam possibile, quam existentium: quia ex imperfectis partibus totum absque imperfectione, atque optimum ex possibilebus, vt existentibus esse constare nequit: ergo datur aliud ens optimum sine imperfectionis mixtura, nempe Deus. Fateor ingenij mei, siue tarditatem, siue ingenuitatem his subtilitatibus non tangi, vnde collectionem omnium existentium perfectissimam eorum, quae dantur ostendunt Recentiores fore ens summum perfectum est possibile, atque sine imperfectionis mixtura, quod ab Atheis negatur, forteque lat argumentum supponit, vt sit optimum existentium, & non fore tale iterum probat, non autem omnium possibile, & sine mixtura imperfectionis, vt tale ens dari itant, ac post modum collectionem illam a tanta perfectione excludendo in contradictionem Atheos cogunt, atque in ens ita perfectum admittendum eos agant. Dicunt enim se solum admittere in rebus collectionem esse perfectiorem entibus distributis, ac proinde perfectissimum existentium, non autem possibile, & sine imperfectionis mixtura, idque solum eo argumento cuncti.

9 Sextam demonstrationem ex Anselmi doctrina recitata, & confutata, quaest. 1. cer. 3. a. num. 1. ita instruat Valsequez nollet, acutam eam appellans. Deus est id, pro nihilo melius cogitari possit, sed id, quo melius excogitari nequit, in sola cogitatione esse non potest, sed in statu existentiae realis: ergo Deus est in statu existentiae realis. Quod demonstrandum erat. Minor sola probationem desiderat euidentem, vt euidentis discursus sit. Habet autem euidentissimam: quia melius esse habere existentiam re ipsa & cogitatione, quam in cogitatione sola, per se euidentis, & notissimum est. Deteximus autem discursus huius aequo rationem citato loco, a. num. 2. quare eam in praestantiarum iterum detegere superflui atque otiosi laboris esset. Discursus alios, qui nostro Molinae demonstrationes videbantur, adeo a demonstratione distant: vt id ostendere, ne alij decipiantur, opus non sit.

CERTAMEN IV.

Nouiorum demonstrationes de existentia Dei reuocantur.

1 Demonstratorem septimam excogitauit Falsolus noster loco citato, ex causa finalis ratione, in cuius seriem deueniendum tandem esse in primam aliquam causam finalem, quae Deus est, contendit, sicut in serie causae efficientis demonstratione, ostendebatur. Irrito tamen laborat. Primo: quia in serie causarum finalium mutuo alia ab aliis causant, vel a se ipsis finaliter possunt. Secundo: quia, aut loquitur de fine *quis*, seu adipiscendos, vel de fine *cui*, adipiscendus est. Si primum: certissimum est non omnia a creaturis, neque a Deo in vnum tandem finem referri: cum neque creaturae, neque Deus omnia ad vnum aliquid, quo carebant, in solidum obtinendum efficiantur secundum: atque etiam certum est non omnia a creaturis rationalibus ad Deum tanquam ad finem *cui* referri: imò neque a Deo ad se tanquam ad finem *cui* de facto vniuersa referri mihi dubium non est: vt fusc tit. 2. controuert. de volunt. Dei ostendam: vbi germanum humani loci, *omniuersa propter semetipsam operantur* est, sensum mihi nullatenus aduersum dabo. Imò nihil propter se, tanquam finem *cui* operari posse Deum, cui creata cuncta intereunt, videtur alicui merito posset. Sed esto: ita de

facto ad se tanquam ad finem *cui* vniuersa sua opera referat Deus: liberè tamen refert, postèque non refert: vt omnes fatari tenentur: ergo non omnia ad causam aliquam primam finalem referenda necessariò sunt: vt opus erat ad hoc, vt de existentia causae primae finalis demonstratio adesset: vt euidentis absolute est, non omnia in causam primam finalem esse necessariò referenda: cum sola agentia libera operentur propter finem, eaque in fine siue *qui*, siue *cui* sibi praestituendo libera sint, neque in vnum aliquem prosequendum fatali necessitate agantur. Ad haec finalis causa, vt causet, existentiam non requiritur: imò verò, existentiae suae negationem seu praecisionem.

2 Vltimo loco relegenda a demonstrationibus existentiae Dei sunt, discursus subtiles Recentioris Antonij Perez Valiende, quibus quaest. 1. cer. 4. num. 3. & 7. ac deinceps contendebat Deum existere per se notum esse. Quorum fallaciam ibidem monstrauius. Nunc autem sequentibus discursibus, nihilo firmioribus, existentiam Dei demonstrari contendit. Primo in hunc modum: Possibile est ens necessariò existens, cui insint omnes perfectiones simpliciter simplices: alioqui haec mutuo sibi pugnant, quia mutuo sibi in bonitate excedunt, melioresque vicissim vnaequeque esset, quam alia, quae non esset ipsa, quam non ipsa, cum perfectio simpliciter simplex ea sit, quae melior est ipsa, quam non ipsa, seu quam omne quod ipsa non est. Mutua verò haec melioritas seu excellens simpliciter simplicium perfectionum euidenter repugnat: vt patet. Iam verò si ens in quo omnes perfectiones simpliciter simplices constuant est possibile, vt manet demonstratum: ergo possibile est ens necessariò, & a se existens, imperfectionis mixtura carens, quod plane Deus est. Pater euidenter: quia existere necessariò a se perfectio simpliciter simplex est: ac proinde quae in illud ens possibile cum reliquis constuat. Confirmant demonstrationem. Quia de ratione imperfectionis est melius esse non ipsam, quam ipsam: siquidem melius est esse ens non imperfectum quam imperfectum: atqui melius est esse Chimeram, quam Chimeram: ergo ens non imperfectum non est Chimera, sed possibile, ac subinde necessariò existens: quia posse non existere, carendum aliqua perfectione imperfectio est. Confirmant secundo: quia, si omne ens est ab alio, esse a se non erit entis differentia, sed Chimera: quod euidenter repugnat: cum enim esse ab alio euidenter imperfectio sit, omne ens esset imperfectum, quia non est Chimera: id quod implicatorium est. Cum nihil sit imperfectum, nisi ex defectu perfectionis, quae longe a Chimera abest. Eadem arguendi forma probatur possibile esse aliquod ens supremum, independentem, non imperfectum, immortale, incorruptibile: cum haec, & alia perfectiones excogitabiles sint: ex quo isto arguendi modo probatur illico possibile, atque exinde existens, nisi eo fallacia adesset.

3 Eam verò detegunt, atque discursibus huius respondent Murciani Recentiores ex suis illis suppositis, & observationibus a nobis confutatis. quaest. 1. cer. 4. num. 5. & 6. quibus similibus Recentioris huius discursibus pro notorietate per se existentiae Dei ibidem num. 4. satisfaciebant. Quare tot observationibus Recentiorum omittis demonstrationi huic, eiusque confirmationibus, & similibus aliis, quae facile efformari possunt, vt nuper dicebamus, facile respondemus iuxta doctrinam nostram datam citato cer. 4. num. 6. eos omnes discursus ex sola rerum possibilitate obiecta, seu apparente in cogitatione nostra, ad veram, & realem procedere, atque inde ad rerum, seu praedicatorum existentiam veram: quo nihil infirmius, fallaciusque esse potest. Id quod singulatim in discursibus factis sic ostendo: Primus enim discursus supponit possibile esse ens necessariò existens, cui insint omnes perfectiones simpliciter simplices, ac sibi proinde non repugantes: atque in apprehensione, & cogitatione possibile quidem est, hoc ipso, quod cogitatur: aut an necessaria existentia entis non repugnet, vere in re, ac proinde sit reuera possibilis, euidenter ex hoc discursu non constat: quare & in antecedenti, & in consequentia eiusque probatione supponitur probandum. Secundus discursus supponit definitionem imperfectionis vniuersam sumptam fallam. Nam imperfectiones, quae in creaturis sunt, non sunt meliores, quam suum non esse: alioqui melius esset non esse hominis, aut Petri, quam eius esse: solumque


verum

verum habet de imperfectione simpliciter simplici, cuiusmodi est carentia pura: cuius non esse positum quid est. Accedit: quod dato primo syllogismo intellectus terminis de ente tenet, nec sola cogitatione imperfecto apparenter, non infertur: quia restat probandum impossibilitatem non essendi, seu necessitatem essendi, esse veram, & realem perfectionem, ac non chimericam, solamque cogitam, quod ex hoc argumento non demonstratur contra Atheistas. Tertius discursus: nec probat contra Atheos asserentes esse chimeram, ac proinde imperfectionem: quare nullam esse veram, nec solam cogitantem perfectionem, quae ab alio non fit: tantum abest, ut in horum errore esse ab alio imperfectione sit.

4. Denique recentiores idem supposita existentia per se (ut aiunt) nota, alicuius entis necessarii, variè existentiam demonstrare se putant, eis autem demonstrationibus supponunt: *omne ens imperfectum esse contingens*: quia omne imperfectum habet meritum displicendi, quod non habet ens necessarium: De cuius existentia stolidi displicentia esset. Secundo: quia: quod vniuersum purum ab imperfectione sit, bonum est, quare, & possibile: siquidem omne bonum possibile est, cum convenienter existat, & nulla chimera bonum sit, quod si aliquid imperfectum necessarium esset, vniuersum purum ab imperfectione non esset possibile. Tertio: quia cum de conceptu entis, in quo bonitas fundatur, sit posse existere, ens necessarium quod summè ens est, nequit non esse summè potens existere. Quarto: quia ex Arist. perfectius quid est esse aliquid in actu, quam in potentia solum: unde ens necessarium nequit non summè perfectum esse: cum sit ab ente solum in potentia summè remotum. Ex hoc principio sic probant hoc ens necessarium vnicum esse. quia si sine plura, ac non vnicum, vel essent inaequalia in perfectione, vel saltem omnium collectio singula excederet: quare essent imperfecta, & non necessaria, contra suppositionem: cum excedi ab alio aperta imperfectione sit. Sin verò ens necessarium vnicum sit, consequens esse illud reliquorum entium causam esse: quia ea cum contingentia essent, & imperfecta non possent non in eius virtute contineri, à qua effectiue procederent.

5. Sed primò, id quod supponitur de alicuius necessarii existentia per se notum soli huic Recentiori, & fors nonnullis, qui eius evidencias transcribunt, haecenus fuit: atque absolute per se notum non esse ostendimus satis q. 1. cert. 4. neque adeò facile demonstrabitur. Sed eo praemisso: necessarium illud vnicum, & singulare ens esse debere argumento facto nusquam demonstrabitur. Primò enim, omne ens imperfectum contingens esse nullatenus Recentiores tot etiam probationibus demonstrant. Non prima: siquidem imperfectio merè negatiua, (qua praecipua imperfectio est) obiectum displicentiae positivae non esse, ac proinde nec meritum displicendi habere, probabilis est. Non secunda: quia vniuersum hoc purum ab imperfectione esse nequit, cum entibus imperfectis intrinsecè constet: quare argumento inuerso bonum non est: cum sit impossibile (de hoc vniuerso agendo) & chimera: quare nec bonum, si omne bonum (ut hi aiunt) possibile sit. Deinde bonum hoc vniuersum solum in apprehensione, & apprensione esse facile respondere Athei possent: quod cum vera possibilitate non conuertitur ut saepe dixi. Rursus nescio quo pacto Recentior ille adeò chimeram his suis argumentis toties vilipendat: cum tam ens necessarium cum Deo identificatum esse contendat, ut hac controuersia & de omnipotentia videbimus. Non Tertia: quia de conceptu entis summè necessarii solum cogitari, & apparentis, nec est bonitatem fundare, neque posse existere. Eiusmodi autem esse ens summè necessarium in Atheorum errore. Non Quarta: quia ens necessarium non probat, sed fore in actu, ac non in potentia solum, si esset reuera possibile: tam facile patet, quam in euidentia sine qua ex illo principio tam obicuro inferuntur. Sed toto discursu dato non video; quo pacto contingentium imperfectione, & summè necessarii vnicui entis perfectione, illud eorum ontium causam fore demonstratur. Nam homo perfectior longe cunctis corporeis est: ac proinde eminentia formalitatis ea omnia in se continet: non autem eminentia actiuitatis, & virtutis: quam ne imperfectissima animalcula potest producere.

6. Denique Murciani Recentiores vnius causae primae existentiam efficacissime probari à suo illo principio putant: quòd nimirum causa actiua adaequata ita eminenter continere debeat totam perfectionem effectus, ut se sola, tam perfecta sit, quam coniunctum ex ipsa, & effectus simul: quare esse in bonitate augmenti incapax; alioqui effectus accessu in bonitate augeretur: ac proinde esse bonitatis infinitae, atque omnem possibilem bonitatem in se continere: Unde sit causas secundas, creatas, imperfectas, adaequatas suorum effectuum causas esse, non posse, cum bonitatis, & perfectionis infinitae non sint: ac proinde necessariò, & vnicuique earum adiungendam esse causam infinitè perfectam, ut operentur, contra Durandum. Quod autem vnica ea causa, & vniuersalis esse debeat, inde etiam ostenditur: quia alias, quatuor illarum aliarum perfectionem contineret, alioqui infinitae vndeque perfectionis non esset, sed augmenti, tandem capax ex alterius accessu: quare se mutuo causare implicatorie possent: cum non esset, cur vna potius alteri in operando subordinaueretur. Ex quibus tandem concluditur eam vnicam causam debere à se esse, ac necessariò proinde existentem, & exterorum causarum, & Deum. Unde ex hoc principio, & euidenti experientia, eorum, quae producantur, demonstrari, vel saltem efficacissime probari Dei vnius existentiam concludunt. Sed primò quam debile illud principium sit ostendimus certamine 3. n. 4. Adde ex eo principio nullatenus euidenter inferri causam bonitatis, & perfectionis infinitae, qua causatiua virtus causarum, quas causare videmus effectus aliorum, in ratione causae actiuae adaequatae compleatur. Etenim solum inferitur eam causam, qua ita adaequatio virtutis compleatur, ad effectus, quos videmus, ab his autem, qui in bonitate, ac perfectione minimè posse; non autem ab aliis effectibus possibilibus, quos in virtute eius contineri euidenti experientia non cognoscimus.



QVÆSTIO IV.

An Deum esse inuincibiliter ignorari queat?

QUod ostenderimus Dei existentiam, etiam per se nota non sit, adeò tamen euidenter: ratione naturali demonstrari, hic merito dubitari potest, an ita rationis naturalis ductu, discursusque innotescat, ut nihil data, ut aiunt, operà, nequeat à sanæ mentis homine ignorari? Neque verò de ignorantia negatiua per inaduertentiam naturalem, seu diuersionem ad alia: sic enim quotidie sepius Deum Docti etiam quique ignorant, dum Dei non recordantur: quemadmodum, & alia de se notissima eo pacto, & causa ignorant. Est igitur questio. An in quouis sufficiens motuum, seu principium sit, cui, si vellet attendere, Dei existentiam, seu Deum esse agnosceret: quare, ut Deum non agnoscat, in causa eius, vel voluntatem, vel socordiam esse.

CERTAMEN I.

Ad resolutionem notata, & doctorum sententia.

PRO questionis definitione aduerte: dupliciter ignorari Deum ab homine posse. Primò positivè, per actum nimirum positum erroris, quo quis existentie Dei dissentiat. Secundò negatiue, per negationem puram assensus existentie Dei, per diturnum vitæ certum, quo scilicet, non solum per inaduertentiam, seu diuersionem ad alia naturalem, quā notissima quæque nobis ignota, sed per defectum principii ac motui ad Dei existentiam dignoscendam, illam ignoremus, quia nulla eius cogitanda, aut de ea dubitanda ratio occurrat.

2. Secundò

2. Secundò notandum est, dupliciter etiam posse ad præfens dubium indociles, & rudes constitui. Primò cum doctores, & Magistris pravis, & Atheis. Secundò sine vilo Magistro, sed cum principiis solum intrinsecis, & naturalibus ratione: vel quia solus in silva, aut montibus, vel cum æque rudibus, & indoctis enutritus semper fuisset, quin ab vilo eorum, aliquid circa existentiam, vel non existentiam Dei amplius, quàm à se ipso posset edoceri, aut ad discurrendum ea de re excitari. Hæc porro constitutionis rusticæ, & indocti diuersitas, valde ad quæstionem præfentem, tam de errore seu ignorantia positua Dei, quàm de negatiua definiendam valde est obseruanda.

3. Tertiò suppono modò: ad peccatum graue, etiam mortale, non requiri necessariò aduertentiam ad Deum, prohibentem, ac offendendum: si enim hæc requiratur, præfens quæstioni locus non erit, cum enim statim, atque homo ad vsum rationis peruenit peccare absolute grauiter possit: si id absque aduertentia ad Deum, vel præcipientem, vel offendendum fieri nequeat: cum ipso rationis vfu principium, & motuum ad Dei existentiam dignoscendam sufficiens aduenire necessarius erit: quare neque in vilo ad vsum rationis perueniente inuincibilem entientia Dei ignorantiam dari vllatenus posse. An verò Dei offensa, quæ mortalem in communi sententia committitur, Dei noticiam in peccato prærequiritur: alterius est loci.

4. His positis: Prima sententia Deum inuincibiliter à sine mentis homine, quantumvis indocto, & rustico ignorari, siue posituè, siue negatiue posse negat: ita supponere videtur, qui siue aduertentia ad Deum, peccari non posse auit. Insuper S. Th. 1. 2. quæst. 89. art. 6. & Dominicus Thomista ibi, vt vbiuis de obligatione diligendi Deum rationalis creaturæ agunt. Docent enim huiusmodi obligationem cuius rationali creaturæ, vbi primum ad vsum rationis peruenit, necessariò ad esse; cum tamen obligatio hæc cum ignorantia inuincibili existentia Dei esse non possit. Expressè autem ita docuit Alex. Alest. 1. p. quæst. 3. num. 2. Aureol. in 1. d. 2. art. 6. Gonzalez. Albel. 1. p. quæst. 2. art. 2. d. 11. conc. Gran. controu. 1. d. 1. lect. 3. faceret autem Granados sententiam hanc non tam rationi, quàm Patrum authoritati inniri. Cum tamen iudicio meo nihil Patrum authoritati (in his, quæ discursu assequimur naturali) inniri possit, quod non rationi innitatur.

5. Secunda sententia docet Deum posse ab aliquibus inuincibiliter ignorari. Ita Molina. 1. p. quæst. 2. art. 1. & S. ex dictis. Mag. Victoria Relec. ad quid tenetur; Immerito pro opposita sententia prima à nonnullis relatus. Zemel. 1. p. quæst. 2. art. 1. concl. 3. Trigosius ibi, dub. 1. ad 4. Ariag. ibi, d. 1. lect. 3. num. 17. Sed hi tamen, tam de ignorantia positua, seu errore non existentia Dei, quàm de ignorantia pure negatiua loquuntur. Ac insuper tam de rustico, & illiterato sibi, suisque naturalibus discursibus relicto, quàm Atheo Magistro ipsi adiuncto: vt ex eorum probationibus liquet.

6. Maiori distinctione hæc, in re locutus est Quiros de Deo tract. 2. d. 13. sect. 7. asserens rustico sibi, suisque naturali discursui relicto, non posse esse ignorantiam posituam, siue errorum circa existentiam Dei; adstante verò prauo magistro Atheo esse optimè posse. Secundò aut ignorantiam inuincibilem existentia Dei priuatiam, seu negatiuam, prauo doctore semoto, moraliter esse, quantumvis rustico impossibilem; physicè tamen, ac metaphysicè loquendo possibilem esse. In qua sententia omnia rela, quæ alterutra ex relatis contra alteram contrahit, infringi videntur.

CERTAMEN II.

Adstante prauo Atheo Doctore utraque inuincibilis ignorantia adesse rudi, & indocto poterit, imò & priuatina, etiam moraliter, etsi ille absit.

1. Tres conclusiones in titulo continentur. Prima est adstante Atheo doctore rusticus potest tam ignorantiam posituam, seu errorem circa existentiam Dei habere, quàm pure negatiuam, seu priuatiam. Conuenio cum doctoribus secundæ sententiæ, & Quiros recitator, qui author fuit tertie. Probatur facillè. Quia rustici, & indocti, quibus, licet sana, hebetior tamen, ratio, & discursus est, suis magistis doctoribus, & polioribus, ita cæcò credunt, vt nihil contra discurrere possint, nedum debeant: ergo eis docentibus Deum non esse credent, nec discredere tenebuntur: ac proinde non solù negatiue, sed posituè etiam Dei existentiam ignorare inuincibiliter poterunt: imò & ignorabunt: etsi à minùs hebetibus, & indoctis oppositum ex naturalibus principiis indagandi causa sit, & facultas. Antecedens probatur: ex nostris rusticis Christianis, qui ita cæcò Parochis de mysterio Trinitatis credunt, vt nihil de principio illo naturæ lumine noto, quæ sunt eadem vni tertio, sunt eadem inter se (cui ita apparet mysterium Trinitatis repugnat, vt in eis componendis huiusque à Catholicis doctoribus laboraret) ne cogitent quidem. Multo igitur minùs de aliis principiis, ex quibus subtili, & oblongo discursu existentia Dei demonstratur, rustici Athei contra suorum Magistorum doctrinam cogitare poterunt.

2. Secunda conclusio. Ignorantia priuatina inuincibilis de existentia Dei rusticis, sine Magistro Atheo etiam degenti, non solùm physicè, & metaphysicè, sed moraliter etiam est possibilis. Quoad physicè, & metaphysicè possibilitatem eisdem contentio, quoad morale à nostro Quiros discordo: etenim, licet Deus eo modo, quo quæst. 3. ostendimus demonstrabilis sit, alii plures, etiam ex non adeò rudibus, & rusticis, nihil de eo cogitarunt, neque ex causis, & effectibus naturalibus ad eorum auctorem, & causam primam dignoscendam mentis aciem, & discursum exereunt; quidni rusticus etiam syluicola, qui vix quidquam præter sensibilia cogitat, nihil ex eis, quæ sensu percipit, discurret: maximè circa rem adeò à sensibus remotam, qualis est Deus, horumque cum ipso connexio? Secundò: dubiò procul per mensum, aut annum, imò, & annos pauculos potest syluicola ille nihil de Deo cogitare, postquam ad rationis vsum peruenit: id enim polioribus nostris pueris euenire, vel euenturum videmus, eertòque iudicamus, ni adessent, qui eos de Deo commonerent: totos enim ludis, aliisque sensibilibus oblectamentis, annis post vsum rationis, non admodum paucis, de sese intentos videmus; nihilque præterea, nisi admonitos, & inuicè cogitare.

3. Inde verò in rustico illo per longius temporis spatium physicè, ac metaphysicè, imò & moraliter euenire posse facillè deducitur. Tenim rudis ille, ac rusticus syluicola à nemine doctiori eruditus puerulorum subitiorum rationis vsum, & exercitium toto vitæ suæ, etiam oblongæ, tempore, non modò non prætergredere, sed ne assequeretur quidem: vt in rusticis nostris rudibus, ne dum in syluis entitatis, experimur, nunquam eos ad vsum, & exercitium rationis puerorum subtilioris ingenij peruenire; à quibus eludi eos sæpè per iocum videmus. Ex hoc autem moralis etiam possibilitas facillè ostenditur. Ea enim omnia, ex quibus excitanda necessariò moraliter à Quiros Dei indagandi species, ac subinde de eius existentia addubitatio, & suspicio dicitur, oculis, & sensibus puerorum ad vsum rationis peruenientium, & rusticorum patens, quin ex sese de Deo aliquid cogitent, & diximus, illud, quod ad prouidentiam Dei spectare dicitur infundere vnicuique aliquam de Deo suspensionem nullo fundamento nititur firmo, nisi is naturalem legem diu seruauerit.

20 Controv. I. de Essentia Dei, &c.

servasset: Quo in casu, Deus sui notitiam illi concessurus iudicatur; ex quo deducitur aliis singularim, non ita bene moratis hanc concedere non teneri; esto: communitatibus, seu alicui earum pro bono publico concessurus prae sua pietate credatur: praequam quod iam in ea Dei providentia, aliquid gratiae supra naturae debitum intercedit.

4 Tertia conclusio. Homo sibi, suisque discursibus omnino relictus, ignorantiam invincibilem de Dei existentia, positivam, siue errorem, quod Deus non sit habere, tam physice, quam moraliter potest. Probatur facile: quia, etsi ei de Dei existentia rationes aliquot occurrant, nec possit sine fundamento, & veritatis apparentia existentiae Dei dissentiri, siue non existentiae ipsius assentiri: sunt tamen aliquot fundamenta adeo apparenter Dei non existentiam suadentia, ut, qui eius demonstrationem, fidemque non assequitur, decipi ininvicibiliter circa eius existentiam possit. Eiusmodi est illud quo penes suos pedes motos, gressusque effusos aiebat Regius Paltes. Psalm. 72. dum pacem peccatorum in hoc saeculo videbat: ubi plerumque iniquis fortuna ridet: cum iusti non nisi tristem duramque patientur. Ex quo nullum esse supremum numen: quod orbem, cuiusque res moderetur, videtur adeo apparenter, atque efficaciter deduci: ut in id, ita sapientissimum, & submissimum Regem fide, & revelationibus illustratum impulerit, ut, si fides de hominum novissimis eum obfirmaret, deturbaretur: igitur melius, & ininvicibiliter in eum errorem incidere ex eo fundamento posset, qui fide, ac demonstratione destitutus, nec tam acris ingenio praeditus, ea ratione ageretur, cum asimatione iusta, nisi demonstratio, aut fides de existentia Dei, praevalere non potest.

5 Contra hac nihil efficax à ratione opponi posse, vel aduersarij ipsi fateantur. Ad sententias illas de obligatione diligendi Deum, ubi primum ad rationis usum, sanamque mentem creatura pervenit, & de advertentia necessaria ad Deum, ut mortaliter possit ab ea delinqui (que oppositam nostris conclusionibus scientiam de Deo pro tunc in creatura rationali supponunt) Responderetur facile, utramque sententiam, ut sonat, falsam esse. Licet prima in sensu S. Th. accepta verum habeat: in eo tamen sensu nostrae doctrinae non aduersatur. Est enim verus eius, & S. Th. sensus, creaturam rationalem, ubi primum suum, universique auctorem Deum cognoscit, ac proinde ad usum rationis circa Deum pervenit, ad eum diligendum teneri. Id quod aliquibus, post multum temporis, ex quo absolute ad usum rationis pervenerunt, potest evincere: aliquibus vero nunquam, tam physice, quam moraliter.

6 Ab autoritate opponens illud Iob. 17. Omnes homines vident eum. Ad quod Gregorius. 27. Moral. cap. 3. Omnis homo, eo ipso, quod rationalis est conditus, debet ex ratione colligere eum, qui se condidit, Deum esse. Damasc. 1. de fide cap. 1. Nemo est mortalium, cui non naturaliter instum sit, ut Deum esse perfectum habeat. Huc etiam faciunt testimonia Patrum citata à nobis disputationis huius praefatione, quae congenitam, & naturam hominibus cunctis Dei notitiam allerebant. Praecipue illud Augustini, ibidem recitati. Denique Sap. 13. ubi à magnitudine creaturae creatorem videri posse dicitur, & omnes homines reprehenduntur, qui Deum non agnouerint. Si enim, inquit Sapiencia, tantum potuerunt scire, ut possent asimulare saeculum: quomodo huius Dominum facilius non inveniunt? Neque autem de eo reprehendi cordate potest, quod ininvicibiliter ignorat: ut omnibus inconfesso est.

7 Ceterum (ut ab extrema hac autoritate responsionem ordiamur) Sapiens non omnes absolute homines ibi reprehendit; sed eos, qui saeculum, id est uniuersum, ordinemque causarum, & effectum eius apprimè sua indagatione, & labore multo percussuerunt: quibus dubio procul, de Dei existentia species, & motiva plura passim excitabantur: ac proinde in eo indagando negligentes culpabiliter existerent: quare circa eius existentiam vincibilis fuit, vel ignorantia, vel error. Reliqua testimonia solum evincunt ingenitum nobis omnibus esse unde Dei existentiam assequi possimus, si id excitationis speciebus attendamus: alii necessario eas species nobis excitari, non evincunt; alioqui nunquam non Dei existentiam cogitaremus, contra experientiam cuiusque ma-

nifestam. Ut autem ea motuorum Dei dignoscendi nobis passim aberrantium multitudo, magnitudoque commendet, aiant Iobus, & Patres per exaggerationem: omnes Deum videre, ingenitumque omnibus, & insitam Dei notitiam: quemadmodum cum, qui obiecta, in aperto sibi propolita, quia non aduertit, vel negat, vel ignorat, cum negare, vel ignorare, quae videt dicere solemus, cum tamen non viderit.

QVÆSTIO V.

An Deum esse, siue existere, primò per fidei actum cognosci queat?

Dixi: primò cognosci per fidei actum. Nam si aliunde Deum esse, eiusque existentia nota creditur sit, cessat omnino difficultas istam proponendam ratio, ut ex eius propositione patebit.

CERTAMEN I.

Difficultas proponitur.

Dei existentiam per fidei actum cognosci à Christianis absolute posse, certissimum est: cum Deus se existeret, & expresse, ac explicitè, & implicitè, ac virtualiter revelaverit, quoties aliquid revelat, & loquitur. Quod si aliunde Dei existentia nobis sit nota, tum quidem assentiri iterum nos eiusdem existentiae, quia id etiam nobis revelat, facile intelligitur: at verò, cum Dei existentia nobis est prorsus ignota, difficultas est illa: An Dei revelationem de mysterio aliquo, eodem fidei actu, quo mysterio revelato assentimur, eius revelationi assentiamur? An aliunde debeamus prius revelationi assentiri? Etenim cum Deus se existeret revelat, existentia revelata Dei ad ipsam revelationem necessario supponitur: cum nemo revelare, loquere possit non existens: quare, ut assentiamur Deum suam existentiam revelasse, ut deinceps ob eius revelationem ipsum credamus existeret, ipsum existeret, ut revelet, prius iudicare debemus, si cum eo existeret ignoramus, & negamus, & cum loqui aequè ignorabimus, negabimusque: sicut, ut assentiamur ob revelationem alteri mysterio revelato, Deum illud revelasse, seu Dei de illo revelationem existeret praenoscere debemus. Cum autem de ea revelatione revelatio reflexa non sit, ob quam ei assentiamur, nec de omnibus reflexis reflexior, & reflexior revelatio alia sine infinito processu dari (& idem est de revelatione existentiae Dei) licet plane, ut Dei revelationi, & Dei existentiae, quibus prius natura, quam Dei existentiae, aut cuius alteri veritati revelate necessario assentiri debemus, fidei actu assentiri non possimus: quare neque existentiae Dei, neque existentiae revelationis possimus primò per fidei divinae actum assentiri. Confirmatur: quia aliis perinde vitioso circulo eidem videbimur assentiri: nempe Deum existeret, quia id revelat: & revelare, quia existit.

2 Petrus Hurtado d. 7. de fide à patristico. 90. & Lugo, d. 1. à patristico 82. in simili de assensu revelationi aiant: veritatis omnibus, quae in motu fidei continentur, ut Dei Veritatem, Existentiam, Authoritatem, & Revelationem assentiri nos eodem fidei actu: non quidem, ut veritatis revelat, sed ut motus assentiendi ex fide, quibus propter aliud assentiendum non est. Sum enim prima fidei principia, quibus propter ipsa assentiendum est, non propter aliud, ac non propter aliud assentiamur. Verum propter se, ac non propter aliud dicatur per illud assentiri per se, non satis capio, quid nam dicatur per illud assentiri per se, illis, ut motus: An excluditur eis verbis assentiri circa illa motiva in fidei motu inclusa, tanquam circa obiecta, in quorum existentiam assensus feratur, nec ne? Si ita in illa fidei assensum fidei neges: aliunde assentiri circa illa praecedere debet ut ob illa revelate existentiae Dei, aut cuius alteri mysterio assentiamur. Incognito enim aut

est non præcognito motui ob illud assentiri alteri obiecto materiali non possumus, sicut neque bonitate inco-
gnita, possumus amare. Mouent enim motui hac inten-
tionaliter, mediâque sui cognitione; actu autem ipso fi-
dei acquirit assensus fidei, in eius motuius rationes, tan-
quam in obiecta ferri, quorum existentia simul, atque
existentia rei reuelata eodem actu assentiantur: quia in-
tentionaliter ea motui mouere nequeunt ad assensum
reuelatis, si eodem assensu, utrumque existeret iudicetur.

3 Motio enim, & causalitas vera omnis, veram prio-
ritatem causæ cum omnibus requisitis ad causandum re-
quirit: cum autem ad motionem intentionalem motui ad
assentiendum alteri obiecto, esse intentionalem per assen-
sum de eius veritate, & existentia prærequiritur, quod in
assensu eodem, circa motuium, & materiale obiectum ne-
que inueniri: eodem assensu fidei in utrumque, tanquam
in obiecta, quibus assentiamur, ferri minime possumus.
Confirmatur: quia, sicut existentia physica causæ, & effe-
ctus eadem esse non potest (est ab eorum essentia reipsa
distingui admittimus) ita neque motui, & obiecti ma-
terialis, cui ob illud assentimur, intentionalis existen-
tia eadem potest esse: quia non minus in hoc intentionalis
existentia, ad causandum assensum circa materiale præ-
requiritur est, quam physica causæ, ad causandum physicè
effectum. Secundo, existentia Dei, cuiusque reuelatio de
illâ ipsa reuelatione clarescere non potest: tum quia re-
uelationis existentia contingens est: tum quia Dei existen-
tia, ac proinde authoritas, & quæ hanc continent, per se
& ex terminis, ut aiunt, nota non est primò Dei existen-
tiam credituro ex fide: ut ex dictis quæst. 1. constât, & ex
quæstionibus huius suppositione compertum est: ergo de-
bet, ut moueat Dei reuelatio nota esse per aliud: quo val-
de reuelatio, licet primus fidei principium vnicuique (motui
nempe) sit, à primis scientiarum principis discordat.
Hæc quippe, cum per se nota sint, per aliud nota esse nõ de-
bet, licet per aliud nota esse possint. Atque his factis præcipuè
horum Doctorum, & solutionis huius fundamentum eueritur.

4 Soar. de essent. & attrib. cap. 1. num. 5. & Martinon.
1. p. d. 2. sect. 2. respondent: licet in esse rei Deum esse
possunt, quam reuelare, tamen per hoc posterius illud
prius cognosci posse, sicut causam per effectum: sic ho-
mo latens se voce prodit, & sequæ esse significat: ut Chri-
stus discipulis timentibus phantasma esse, Marci. 6. Ego
sum, & Samaritanæ Ioan. 4. f. Messiam esse ut
videret testimonio suo persuasit: & Raphaël Tobia.
cap. 12. f. esse Angelum; & vulgo cum Rex ait, Ego Rex
est, cum Regem esse ex eius testimonio credimus.
Sic Deo dicenti, Ego sum qui sum. Exodi. 3. ipsum existeret
ob ipsum testimonium credimus. Nec obiectio, inquit, inquit,
probat amplius, quam eadem per idem, eodem prorsus
modo propositum assentiri nos minime posse; alit, si di-
uerso modo proponatur. v. g. implicite, bene posse per
idem eadem explicite propositum assensum præbere, vel e-
contra, ob explicitum implicito: ut constat ex assensu
definito ob definitionem, & contra: maxime, quando idẽ
omnino, quod in antecedenti, seu motui proponitur, in
assensu, seu conclusione non est, ut cū ex cursu Petri, & Io-
annis ad sepulchrum, alterutrius ad illud cursus inferitur.

5 Ceterum exempla illa ad rem probandam non sunt.
Nam ex voce prolatorem, & hunc hominem esse, non ex
eius testimonio, & authoritate illius nouimus; sed pro-
latorem ab effectu, sicut ignem ex fumo: hunc verò ho-
minem esse, ex notitia anteriori, quæ eius vocem, & per-
sonam aliunde nouimus. Sic Christus à discipulis notus est:
fidelis autem testimonio Christi de se apud Samaritanam,
per uia occultorum cordis manifestatio fecit; sicut mi-
racula Raphaël apud Tobiam: atque Regi dicenti se Re-
gem esse, non nisi aliunde nobis nota eius authoritate cre-
dimus. Illud de definito, & definitione, ni alterum de sub-
iecto prænotum aliunde sit, vni ob alterum non assentien-
tur: sed æquè utrumque de illo negabitur, vel dubita-
bitur, ut patet. Nec magis præstat illud de implicito, &
explicito: quod plus sit in antecedenti, quam in conse-
quenti, ni illud implicitum notum præsupponatur: quod
etiam ignotum absolute est, etsi aliis circumstantiis, & ad-
iunctis, siue de se notis, siue ignotis stipetur, ignotum in
se erit. Ni enim utrumque Apostolum ad sepulchrum cu-
cursisse sciremus, incepte, ac stolidè alterutrum cucurrisse
iudicemus, ex eo quod vterque cucurrit. Nā in antecedenti
Christoph. de Ortega, de Deo Vno, Tomus I.

CERTAMEN II.

Alia solutione reiecta, quæstio deciditur.

2 Noster Quiros de Deo, tract. 2. d. 15. sect. 7. à n. 43. ex
Soario etiam nostro. d. 3. de fide, sect. 6. à paraff. 4.
docet: primum assensum, tam de existentia Dei, quam reue-
lationis, dum se existeret, aut reuelare testatur, esse assen-
sum fidei. Theologice neque aliter fidei actum esse posse, ni
in ipsas, ut in res feratur reuelatas. In hoc extremo, cum
his doctoribus facile omnes cōuenimus. Primum (quod præ-
sentis difficultatis est) probat Quiros, quia reuelatio om-
nis diuina est reuelatio reflexa existentia suæ, ac proinde
tanquam rei reuelatae ipsius existentia: & idem est de exi-
stentia cæterorum, quibus diuina reuelationis infallibilis
authoritas constat: ob ipsam reuelationem eodem actu
fidei, quo reuelare veritati directæ, nos assentiri posse.
Hanc autem reflexionem reuelationis supra se ipsam, &
cætera, quæ ipsius constant authoritatem, tuadet. n. 43. quia
Dei reuelatio, tanta maiestate, pondere, & grauitate pro-
ponitur, tum è Doctorum tot, tantorumque sapientia,
Martyrum triumphis, Confessorum sanctimonia, antiqui-
tate, & constantia fidei nostræ, cæterisque credibilis
myfteriorum signis, ut eis infallibilis authoritas statim
appareat, ac Deum esse, & loqui, quæ loquitur, cuique nefas
sit dissentiri: quare, etsi nullam aliam de Deo notitiam
quis habuerit, his extrinsecè intellectum illustrantibus, eo-
dem actu fidei in reuelatam Dei, & reuelationis existentia,
authoritatem, ac reuelationem, quæ ea reuelantur, feretur
licet de se clara non sit, quia extrinsecus eis motuius illu-
stratur, ut sæpe in assensibus aliis contingit.

2 Sed nihilo hæc verius dicuntur, aut faciliusimò verò
mihî doctrina hæc pugnantia docere videtur. Admitto
rūmque reputo: id quod in assensu cōclusionis est præcogni-
tis ac præiudicatis præmissis nõ se gigner suadentur: ita etiā
se gerere motuius credibilitatis reuelatorum à Deo, respectu
diuinæ authoritatis, atque existentia, tum Dei reuelantis, tū
ipsius reuelationis, ut actu fidei, quo reuelata credimus,
ea etiam motuius intrinsecè attingi opus non sit, sed satis
esse extrinsecè, eo alio assensu intellectum illustrari, ut
actu fidei reuelata (quæ eumque illa sint) credamus. Hæc au-
tem non probant præcipuum, quod hic Doctor intendit:
nempe diuinam reuelationem de re quæpiam, si ipsius
reflexam reuelationem esse: & cui proinde ac cæteris, quæ
supponit, ut Dei reuelantis existentia, ob se ipsam simul eū
reuelata veritate assentiri possumus: quin potius oppositum
suadet. Illa enim, quæ myfteriorum reuelatorum credibili-
tatem, Deique proinde authoritatem, loquutionem, & subin-
de existentiam suadet, ipso Quiros fatente, extrinsecè
motuius reuelationi sunt, quibusque sublati Deum loqui,
& existeret nunquam firmiter suaderetur: ergo existentia
reuelationis, Deique loquentis, non est reuelatio motuius,
quasi reflexa sui reuelatio, & testificatio sit, sed quid ab ea
diuersum: ergo veritati huic de existentia reuelationis,
Deique loquentis, non assentimur ob reuelationem ipsam,
neque actu fidei, quo ab illa, tanquam à motuius adæquato
mouemur ad assentiendum rei directè reuelatæ.

3 Dices, non moueri ad assentiendum existentia Dei ob
reuelationem, tanquam ob motuius extrinsecum assensum,
quo simul utrique existentia, & reuelationis, & Dei, simul
cum veritate reuelata ex fide credimus: sunt enim motuius
extrinsecè illius assensus, signa illa credibilitatis euiden-
tis, quæ mentem illustrant, & extrinsecè ad assensum illum
inducunt: quemadmodum præmissarum obiecta ad assen-
sum cōclusionis: quod solum obiectio suadet; alit esse re-
uelationem totum, & adæquatum motuius intrinsecum
assensum fidei veritati directè reuelatæ, & simul veritati
existentia reuelationis, & Dei reuelantis. Licet enim, ut
seorsim assentiamur reuelationis, & Dei loquentis existen-
tia, illa credibilitatis motuius intrinsecè sint, & necessariò
intrinsecè: alit ut simul assentiamur ei veritati, & alteri direc-
tè reuelatæ, eo intrinsecè motuius opus non habemus, sed
satis est, si extrinsecè mentem illustrat: ex consortio enim
alterius partis (si iudicij physice diuisibile, ac nõ simplex
qualitas sit) sit, ut pars de se obscura ex alterius partis
confortio

22 Controu. I. de Essentia Dei, &c.

confortio clarescat: id quod inquit apparuit in hoc iudicio, *Stella sunt pares, quia Angelus dicit*. Si qualitas simplex non sit. Stellae enim esse pares de se obcurum, & insusceptibile de se est, aut ex confortio alterius partis, *Angelus dicit*, lucem accipit, ut ei assentiamur.

4 Nihil tamen haec omnia difficultati praesenti diluenda possunt inferre: & in primis exemplum hoc de causali propositione (sive cuiusmodi iudicium diuisibile physice, sive simplex qualitas sit,) nihil probat: in ea enim altera pars continet motuum assentiendi alteri parti, intrinsecum quidem, eo modo, quo in ea opinione de iudicij diuisibilitate intrinsecum esse potest: atque illud quidem praecognitum, & praedicatum aliunde prioritate natura, antequam stellarum paritatem, per alteram partem, ob testimonium Angeli assentiamur. Quando vero pars iudicij circa unam veritatem, cui assentiamur, motuum assentiendi alteri veritati non affert, hanc aequè obcuram, & insusceptibilem reliquit, quin ex confortio suo lucem aliquam recipiat: ut ipso exemplo conuincitur. Si enim Angeli reuelatio, eiusque auctoritas aliunde clara nobis, ac suasibilis non sit, ex eo, quod alteri veritati obcura de se paritatis stellarum in iudicio eodem physice ex duplici illa parte (ut nunc permittimus) confuso adiungatur, maiorem lucem, suasibilitatemque non recipiet. Vnde eodem exemplo acriter hic Recentior impetitur: si enim reuelatio Angeli obcura, de se, ac dubia, quoad sui existentiam, & auctoritatem veritatis ex confortio alterius partis, circa veritatem testificatam, lucem, & suasibilitatem non accipit, ni aliunde clarescat, ut suasibilis, atque assensibilis, ut sic loquar, per alteram partem iudicij reddatur: ergo nec diuina reuelationis, Deique reuelantis existentia ex confortio alterius partis iudicij, lucem, & suasibilitatem recipiet maiorem, quam de se habet, ni ad motiua designata recurratur: quare non magis est suasibilis, ut coniuncta cum veritate reuelata eius, & Dei loquentis existentia, & auctoritas, quam si seorsum sumatur ad assensum: sed seorsum sumpta per se, non est per se suasibilis, sed per aliud, nimirum signa nostrae evidentis credibilitatis, ergo nec coniunctim sumpta cum veritate reuelata.

5 Illud etiam de extrinseco motiui signorum nostrae evidentis credibilitatis, ut existentiae reuelationis, Deique loquentis eodem actu, quo veritati directe reuelatae per ipsam reuelationem assentiamur, friuolum inde apparet: cum ex coniunctione assensus circa utramque veritatem, sive identica, sive per vniorem reuelationis existentia, Deique loquentis maiorem lucem non recipiat, sibi quae ipsi lux esse possit, & quasi reuelatio reflexa, quam seorsum sumpta, ut vidimus. Secundo motiua illa evidentis credibilitatis, licet ad assentiendum directe veritati reuelatae immediate non moueant, sed solum diuina reuelatio, eiusque, & Dei existentia, & auctoritas, tanquam formale proximum motiui; aut illustrare mentem non alia ratione possunt, ut ob haec formalia motiua proxima veritati directe reuelatae assentiamur, nisi, quatenus eliciunt assensum circa existentiam diuinae reuelationis, Deique proinde reuelantis, atque diuinae infallibilis auctoritatis, eaque omnia ex parte obiecti per cuiusmodi assensum firmiter veritati reuelatae applicantur. Non secus atque connexio, seu illatio obiectiua conclusionis obiectiue cum antecedente, & praemissis per assensum praemissarum ostenditur, formaliterque menti proponitur, ut ei connexioni, & subinde conclusioni obiectiue assentiamur: ergo quemadmodum assensus praemissarum in conclusionis assensu non reperitur, sed, ut summum, suo loco, & gradu pro priori natura persistit: neque ex luce, quam ex praemissis menti ad assensum conclusionis aliunde affertur, ei per se ipsam quasi reflexe, aut veritatis obiectiuis praemissarum per ipsam assentiamur, ita neque reuelationi, eiusque, & Dei loquentis existentiae per ipsam reuelationem, tanquam motiui assentiamur simul cum veritate assentiamur reuelatae: & quidem, pro priori natura existentiae reuelationis secundum se, ob signa evidentis credibilitatis assentiendum nobis necessarium est, ut ob illam credamus veritati directe reuelatae, neque inde clarior in se respectu sui intrinsece reuelatio ipsa fiat, assentiri iterum ei ob se ipsam simul cum veritate reuelata superfluum videtur, imò impossibile.

6 Concludo ergo ex dictis, existentiae Dei reuelantis sui existentiam nunquam primo per actum fidei ob eius-

modi reuelationem elicitorum, assentiri nos, sed aliunde a nobis praenotici naturae debere, ut argumentum propositum cert. 1. n. 1. & euasione praedictiones deinceps huiusque datur conuincunt: quod ipsum de existentia reuelationis, & eorumque infallibilem auctoritatem Dei, ob quam reuelatae veritati assentiamur, dicendum esse ostensum haecenus est. Neque obest fidei assensum iuxta hanc doctrinam non posse resoluam tandem in diuinam reuelationem, sed in Parochi, aut hominis proponentis, fallibilem quidem, auctoritatem, cum ob id tandem Deum eiusque reuelationem adesse credamus: ex quo fidei nostrae firmitas videtur cassari: cum vltimo humanae auctoritati innitatur. Non inquam obest: ei quippe secundum se, ut motiui non innititur, sed Ecclesiae propositioni, quae per illum fit. Haec quippe per Parochum applicatur, atque motiuis evidentis credibilitatis obiectiue innititur: quae a doctioribus intelliguntur, ac proinde subiectiue firmius credunt; licet obiectiue iusticiam aequè firmiter credant: cum motiua, ob quae credunt aequam habeant firmitatem, quamuis ab eis ignoretur. Cum autem inter credibilitatis evidentis signa, miracula numerentur, quae Dei voces, & testimonia a Patribus passim dicuntur: doctiores, qui ob ea reuelationis, & Dei, eiusque auctoritatis existentiam credunt, etiam dum suam existentiam reuelat, fidei actu reuelationis, auctoritatis diuinae, ac Dei existentiam primo credere pro priori naturae, ad assensum proximè ob diuinam reuelationem praestitum, non immerito dici possunt.



DISPUTATIO II.

De Dei Essentia.

1 EXPLORATA iam Dei nostri existentia, de eius Essentia disputare proximum est. Licet autem controvertitur huius praefatione Dei definitionem (ut opus tunc erat) praemiserimus; eam tamen rudi Mineruam a nobis, atque vtrumque datam ibi monimus: exactam Essentiae Dei disputationem, & definitionem proprio hoc suo loco daturi. Quoniam verò, rerum naturae, & essentiae ex dubio procul censenda sunt, quibus in quaestione, quid sint? responderi debemus, iuxta Arist. Philosophos, Theologosque omnes, quare & rerum quidditates ab eisdem appellantur: atque insuper, quaecumque rebus physice identificantur ad quid esse rei physicum pertineant: plura autem, quae ita illis identificantur realiter, metaphysice alia rerum praedicata, cum quibus ad conuertentiam dicuntur, consequi, tanquam illorum accidentia metaphysica, deprehendantur, quidditatem, seu essentiam metaphysicam rerum illa, quae eo ordine praecedunt merito vocamus: illa verò, quae ad haec consequuntur non essentias, sed metaphysica rerum attributa, seu passionem dicimus. Patet vtrumque in hominis essentia, & quidditate; etenim, si de physica quidditate, & essentia sermo sit, tam risibilis, quam rationalis, cum qua ad conuertentiam dicitur, essentialiter constat; at verò, si de metaphysica hominis essentia, & quidditate loquamur, rationalitas sola, non risibilitas, quae eius passio metaphysica est, de hominis essentia, & quidditate est: quod ipsum in ente, eiusque passionibus metaphysicis, atque innumeris aliis cernere licet. Rei ergo cuiusvis, ac proinde Dei etiam, Essentia in physica, ac metaphysicam primo diuiditur.

2 Contra statum hoc Philosophis, & Theologis principium Recentiores Complutenses vbiuis a nobis impugnati, docuerunt manuscripto de Scientia d. 2. m. 6. & d. 1. de voluntate. num. 3. omnia praedicata non autem solum illud, quod radix metaphysica cogitatur ceterorum: quia, inquit, posita possibilitate rationalis creaturae: non volituum, hoc, & rationale volituum, quod de facto est essentia non solum physica, sed & metaphysica differunt: non possunt autem differre penes hoc, quod rationale volituum, radix volitui verè sitis rationalis non volituum: quia aequè pugnat rationali volitui verè radice, & principium volitui.